quocumque pueniebant ciuitatum et locorum populi
eisdem occurrebat discente sibi revelatum a deo
Quod corpore sancti marci deferreret: et adorato corpo-
re munera offerebatur. Venientes itaque ad huma-
num ciuitatem histrice: iustiniiano duci: oia gesta
tumularunt: offerentes sibi corpus sanctissimum si
eis indulgere velleret: eo quod iniuncti transgressi fue-
rant eius mandatum. Quibus dux clementer re-
misit: et ut filios eius in honore suscepit. Et cum viri
episcopi et populo ad portum nansibus occurrit: cor-
pusq; sancti digna veneratione suscepit: et do-
nec ecclesia fabricare ipsum in proprio palatio col-
locauit. Dum autem corporis scalpis portaret palam: q
aliquis a gestis suis sentiebat et onus gravissi-
mum et importabile: aliquis vero agilissimi articuli leue.
Ordinavit autem dux clericos et catores qui cor-
pus sancti continue custodirent: et diuinis laudi-
bus honozaret. Inter quos stauratus monachus
primus erat. Sequenti anno theodosius presby-
ter venerias venit: et digne honozatus fuit. Cum
autem iustinianus dux ecclesiarum brutorum euangeliste fabri-
care disponeret: morte puerus est. Quod germanus
eius iohannes ducatus suscipiens devote ad
implere curauit: constructaque soleni ecclesia corpore
sacrum ibide digna veneratione recordidit. Cum
translatio celebrata. id est kalen. februarii: quo die
corpus sanctum venetas delatu peruenient.

De sancto Eutranio martyre. Cap. lxxij.

Eutranus martyris apud ale-
xandriam passus est. Quo nolente impia Syria proferre
ad iussionem paganoz omne corpus eius fustibus colliserunt vultumq;
ipsius et oculos acutis calamis res-
rebrantes extrarvbe cum cruciatis expulerunt.
Ab his spissi q; in eo supererat: lapidisbus elecerunt
namkal. feb. hec Hiero. in martylogio suo.

De sanctis Eyro et Johanne mar. Cap. lxij.

Ieyrus et Johannes martyres rome martyriuz passi sunt. Quo tunc aut sub quo in-
dice: seu quibus tormentis afflitti fuerint: aut examinati in mar-
tylogio non exprimitur: nec alicubi scriptu inueni-
tur: nisi Ecclesia romana eorum festum. id est kal. feb.
recolit: et in calendariis ascribit.

De sancto Ignatio epo et martyre. Cap. lxiiij.

Ignatius episcopus antiochenus et martyr discipulus
Iohannis euangeliste fuit: qui ter-
tius post beatum petrum apostoluz
antiochiae pontificatus tenuit. Dic-

beate virginis valde dilectus: eidem adhuc in car-
ne existenti deuotam epistolam scriptam: et ab ea res-
ponsionem eius sanctis manibus scriptam obti-
nuit. Hic ut in tripartita legitur: audiuit angelos
cantantes antiphonas super montem quedam.
Et extunc instituit antiphonas in ecclesia occa-
tarum: et psalmos cum antiphonas intonari. Quae
autem pro pace ecclesie exoraret: non suum: sed
infirmitatem periculum metuens traiano imperatori
de victoria redacti et christianis morte comina-
ti occurrit: et libere se christiani esse dixerunt. Quae era-
fanus ferro vincitur deinceps militibus tradidit: et ros-
mam adduci precepit: cominus eldez et trades
retur bestiis denocadus. Qui ad oes ecclesiastis
epistolas destinabat: et eos in fide christi protra-
tabat. Cum autem romam adductus fuisset: et dum
a traiano suauis dei sacrificare renuncesset: plu-
batis primo in scapulis durissime cedidit: deinde
vngulis lateribus lanati: et duris lapidisbus eius
vulnera confricans. Et cum in his oibus immobi-
lis permansisset: fecit eum imperator nudis pedibus
super accessos carbones ambulare. Et cum ille suus
exitisset: et hec traianus arti magice deputaret:
dorsum eius iussit vincinis ferreis lacerari usq;
ad ossium denudationem: deinde plegas ei sale
perfundi. Sicque dum cruciatum et parietissime
supplicio tolerante vinculis ferreis in cippo fe-
cit alligari: et in fine carceris tenebrosi fame et
siti per triduum cruciari: et post triduum decrevit de-
nudandum belis subiecti. Tertio igit die imperator
et senatus oisq; populis auenerunt videre epum
antiochenum cum bestiis pugnaturum. Qui impre-
ratorem expositos duos leones ferociissimos lata-
ri precepit. Quos ille provocabat: ut ad se deponan-
dum accederet: mirabilibus cunctis et ipso impe-
ratore constantiam viri. Accurreret ergo duo se-
ui leones ipsum tamenmodo provocauerunt: carnes autem
eius quis famelici nullatenus retigerit. Trajanus
autem hoc videns admiratus est: precipies-
tus non proberet: si quis velllet tollere corpus eius.
Quod christiani auferentes honorifice considererunt:
Cum autem traianus quidam latratis a pfecto orientis
recepisset: in quibus christianos quos imperator occi-
di iussuerat plurimum comedebat: doluit de his q
ignatio scelerar: et precepit ut nullus christianus dece-
re inquireret: si quis tamen occurreret puniret. Les-
git quod enim beatus ignatius inter tot tormenta
nunquam ab invocatione nois iesu christi cessaret:
et torores regrederet: cum hoc nomine toties repli-
carent. Respondebat ipsum nomen se cordi inscriptum
habere: et ideo ab eius invocatione cessare non
posse. Post cuius mortem quidam qui hoc audierant
curiosus christi volentes: eum et a corpore evellunt:
et illud scindentes per mediū: latratis aureis scriptum
invenerunt: iesus christus. quo viso miraculo plurimi
crediderunt. Passus est autem kal. feb. vi. traianus
anno. Msc. quattuor scriptis epistolas in fide ex-
hortatorias. Ad ephesios primam. Ad magnesia-
nos secundam. Ad traionem tertiam. Ad romanos quartam.

De sanctis in mēse februario occurribus

Fo. liij.

Quas scripsit apud Smyrnam dum romam invi-
cru duceretur. Inde discedens scriptis ad p̄phī
adelphenos aliam: t̄ vitimam ad smyrne neos: et
precipue ad pollicarpum smyrne cōpm: vbi de re
surrectione domini elegans peribet testimo-
nium. hec h̄eronymus de viris illustribus.

De sancto Seuero epo.

Lap. lxxv.



Euerus

episcop⁹ rauē
ne ciuitate.
decimuster
t̄a sc̄o apol
linare claruit
qui ex eadem ciuitate obse-
re natus pauperē vita labore
manū deducēs cūxore vin-
centia t̄ filia innocētia lanifi-
cū opere sumptus quotidianos carpebat. Lū
autem ex consuetudine omnes episcopi rauen-
nates per columbam celestem ad sacerdotium
eligerent: t̄ iam. xiiij. post sanctum apollinarem
eo modo electi fuissent: t̄ ad tantū miraculum
multi confluenter: contigit rauennatē ecclē-
siā pastore proprio viduari. Et cum multis epi-
scoporum finitimi cōuenirent ad orationē nō
ad electionē faciēdam: multitudoq; populi: ut
dictum est: ad hoc cōcurrisset: seuerus vxori li-
centiam petiit ad ecclēsiā eundi: t̄ colubē mira-
culū spectrandi: vporō ip̄m redarguens: respō-
debar q; talis visio ad eum non pertinebar: sed
potius ad laborem sederet t̄ ocio non vacaret.
Sive em̄ iret: sive non iret: ip̄m ep̄m non elige-
rent. Cum autem seuerus impotuisse infiraret:
vincentia quasi ironice eidem ut iret prophēta
uit: q; qua hora illuc perueniret: ep̄s fieret. Ue-
nitens ergo seuerus ad ecclēsiā t̄ sordidis indu-
tus inter ceteros apparere nō audēs: post val-
nas ecclēsiā latitabat: t̄ colubē adiutū cū cete-
ris expectabat. Que ōzone ep̄oz cōplera p̄ se-
nestra solita ingrediēs: t̄ ecclēsiā circuuiolans
super caput seueri latitatis resedit. Qui dum
territus eam a se repelleret: t̄ illa iterum dudū
per aera volitasset: iterum ad seuerum rediit t̄
in eius vertice resedis ac requieuit. Quis statim
ab ep̄scopis t̄ populo electus quis renitēs in
cathedra collocauit t̄ ep̄scopus consecratur.
Et dum esset idiota: t̄ litterarū ignarus: diuina
inspiratiōe exēplo apostoloz̄ sacris litteris re-
pente imbutus: nō solum diuina mysteria p̄
tūtis officia exercebat: sed etiam predictor
factus: populum suum salutifero sermone do-
cebat. Adeo ut cunctis in miraculum proderet
q; lanifex t̄ idiora: t̄ subita mutatione doctor
eximus fact⁹ esset. Quivite sue sanctitate mul-
tis exemplo proficiebat: t̄ plurimis miraculis
coruscabat. Hic per spiritum raptus dū mis-
sam celebraret: exequi⁹ sancti gemintani ep̄s-
copi mutineñ interfuit: eiustg corp⁹ more p̄o-

tificum tumulauit: t̄ rediēs ad corpus missam
compleuit: ut dictum est plenius superlus in le-
genda sancti Gemintiani. iiii. kalen. februarij.

Hic etiam sanctum heracleanum pisaurien-
episcopum emeruit: t̄ ad pontificatum ipsius
vrbis promovit: vñorem quoq; eius vincentia
defunctoram in proprie tumulo sepeliuit. Post ali-
quod t̄hs: dū filia ei⁹ innocētia virgo diem im-
plesset extremū: t̄ eiusdē seuerus eae quas ce-
lebrasset: corpus q; filie luxta matrē ponere des-
crevissit: aperto sepulchro apparuit loc⁹ in t̄
tum exiguis q; corpus filie ibidem nullaten⁹
poterat collocari. Tunc ep̄s ad locū accessit t̄
vpxi ut locum daret filie mādauit. Et cōtinuo
corpus vincentie qđ erat supinū in lat⁹ secessit t̄
innocētia filie locū dimisit. Que ibidē cunctis
stupētibus luxta matrē disposita est. Lū autē
seuerus iam senio confectus obitū suum sibi a
dño revelatū p̄sciuissit populu ad ecclēsiā cō-
voacauit: t̄ diuinis mysteriis celebratis glorio-
so sermone plebē suā in dño cōfōrtauit. Et des-
inde sibi sepulchru contulit t̄ filie aperiti fe-
cit. Ac inter ipsa duo corpora se medius ponēs
cunctisq; vale faciens inter verba orationis in
ep̄o felleciter obdormiuit kalen. februarij: vbi
clauso mausoleo sepult⁹ facit: miraculis t̄ vir-
tutibus pollens: ecclēsia processu temporis ei⁹
nomini dedicata.

De sancto Seuero presbytero t̄
martyre.

Lap. lxxvi.

Suennē orsus t̄ muritus ab infantia de-
sum timēs miraculis clarere cepit. In-
ter que eurytū. ciiij. annoz decrepitū senio vi-
su priuarum illuminauit: veniēs aut ad vrbē ro-
mam adhuc iuuenis in valle interocrina ecclē-
siā in honore dei genitricis edificauit. In qua
t̄ presbyter ordinat⁹ deo multis annis devote
seruuit t̄ pauperib⁹ sedule ministravit. Lū
aut quidā parcerfamilias in extremis laborōs
eum ad se vocari fecisset: ut sibi confiteretur: t̄
ille in putanda nūcua laboraret: minicisq; ut se
antecedenter respondisset: veniens ad egrotū rep-
perit iam eū esse defunctum. Quod ille cernēs
contremuit magnisq; vocibus se interfectorem
illius clamare cepit. Lūq; vñemētissime luxta
corpus deficeret: t̄ in terra caput cōtunderet: re-
pente qui defunctus fuerat animā recepit. Et
admirantisbus cunctis vbi fuerit: vel quomodo
reuxerit interrogatur. Qui respondit: Q; a ter-
ris hominib⁹ flammis naribus t̄ oē vomen-
tibus per loca obscura ducebatur: s; a pulcher-
rimis iuuenibus eisdem terris occurrentibus
crepus est: qui differunt q; oportebat eum ad
corpus reduci: qui cum dominus seueri lachry-
mis condonasset. Enī sanctus presbyter peni-
tentiam salutarem imposuit: t̄ ipsa peracta vir-

Liber

ille post dies. viij. iterum obdormiuit. Hec Gregorius primo dialo. c. viti. Post hec maximus natus imperator audita fama seueri cum corpore di fecit: et sacrificare nolentem in predicta valle decollari mandauit. Cuius anima duo angeli in specie columbarum vissi sunt ad celum deferre. Corpus autem eius apud urbem veterem conditum est. Passus est autem kalen. februario.

De sancto Seuero presbytero
et confessore. Cap. lxvij.

Seuerus presbyter et confessor cognomēto sulpitius pūnicle aquitanus vir generē et literatura nobilis epistolas scriptis sorori sue multis: que nocte sibi esse dicuntur. Ad paulinū nolani episcopū scriptis duas: sed ad altos plurimos que non vulgaruntur: quia familiāris necessitatē rem continent. Chronicā etiā compōnisse dicitur. Beati martini vitam signis et miraculis illustrē exarauit. Posthumā et galli collationē ante se habitant: et dialogorum libros. iij. Fuit autem discipulus beati martini eiusque sanctorum operum imitator: sub matore theodosio. Quienam cum pace in domino. Hec gemmadius de viris illustribus.

De sancto Pione martyre. Cap. lxvij.

Ponius martyr: ut habetur. iij. libro ecclesiastice historie tempore antonini imperatoris: inter ceteros qui veri martyres extiterunt famosissimus fuit: qui docens et exhortans populum et in ipsis tribunalibus disperans: eos qui in persecutōne titubabant viriliter hoc: rans: post squalem carceris: ubi etiā multos fratrum ad toleratiam martyrii: suis exhortationibꝫ roborauit crucifixis multis veratus est: deinde clavis confixus et cādenti rogo superpositus beatū finē vires sorbit̄ est. Et quo et alii. xv. simili pena passi sunt kalendas februario.

De sancta Brigida virginē. Cap. lxvij.

Brigida virgo clausa: eruit apud scotiam tempore primi insinī imperatoris. Que episcopis claris parentibꝫ orta a pueritia sanctitatis operibus dedita: etiam miraculoz Gloria co-ruscauit. Hec dum a matre misericorditer ad baturum ex lacte vaccarum congregandū: prout et alle puelle a parentibus mittebantur: et illa totum quod collegerat: pauperibus erogasse: tēpote exquisito super omnes alias iuenculas cooperarias suas baturum apporauit. Dū autem eam parentes impuniti tradere vellent: et ipsa pudicitiam elegisser: postq; in mansu episcopis

Tertius

scopi coram deo virginitatem professā est: lignum altaris tergit: quod in testimonium ei⁹ sanctitatis statim viride factum est: sic manens usq; in presens. Quo viso miraculo stupefacti parentes eam domino commendarunt. Autem die quadam messores ei⁹ segetes in agro colligeret: et pluia maxima erum peret: a meso soibꝫ suis imbibit sedanit: circumstantibus agris pluia madefactis sola huius area sicca permanit. Die quadam cum oves pasceret imbre cadente paunis perfusa dominum rediit. Vestes madefactas super solis radium: qui per rīmas intrabat siccandas extēdit: que quā insolida pertica diuinitus permanerunt. Aquā in ceruīsa et lapidē in salē cōuerit: et a nativitate cœci illuminavit. Apud innueniēs qui ad oves comedendas venerat: in xpī nose adeo māsus fecit: vt cū ousbꝫ pperuo quasi artes moraretur: cū ets deinceps ad pastum egrediens dominū ipsas vti custos reducēs. Dū nouem viri in mortem conspirassent: et eos virgo christi ab intēto pessimo renocare non posset: orauit ad dominum: vt nequam illorum votū resisteret. Egressis autē illis apparuit iam go quedā illius hominis occidendi: quā illi gladiis percūtientes hominemq; peremisse putantes leti reveri sunt. Sed dum quod illis contigerat cognoverunt compuncti ad pedes virginis prociderunt: et penitentiam egerunt. Sicq; sancta virgo multis clares virtutibꝫ: quiēuit in pace kalen. februario.

De sancto Efron diacono. Cap. lxvij.

Efron edessene ecclie diaconus doctor: eximis us heremitac vitam ducēs: nulla necessitate de cella discessit lectionis et scripture atque orationi semper intentus: qui ad se venientes salutari doctrina reficiebat: et libros et opuscula syro sermone conscribēbat. Hic est qui Basiliū cœlariensem episcopum in figura columnæ ignis conspexit: et ab eodem vt grece loqueretur: sibi a domino vt impetraret obtulit: vt habetur supra in vita sancti Basiliū kalendas ianuarij. Tempore quodam dum famē grauissima in omnem terram seūiret: ipse pauperum misertus alias numerū egressus de cella exiit. Et ad ciuitatem venit: diuitiis predicans: vt indigentibus subvenirent: multasq; pecunias a diuitiis suscepit inter inopes dispergendas. Quos in porticibus congregauit: et pecunias eisdem fideliter erogauit. Factasq; yberrate ad cellam rediit: in qua post unum mensē in domino requieuit kalendas februario: tempore valentis imperatoris. Sepultusq; lacer in ecclēsia edessena. Vix multa syro sermone cōscriptis: q; pu-

De sanctis in mense febriuarij occurribus

foliis.

blice in quibusdam ecclesijs scripta leguntur.
Extrat liber de spiritu sancto: quem de syra lin
guia vertit in grecam. Hunc beatus hieronymus
legisse se dicit: et acumen ingenij illius etiam
in translatione notasse. Hec ille in libro de vi
ris illustribus.

De sancto paulo epo. Cap. lxxi.

Aulus episcop' tre
cassinus fuit. cuius vita vir
tutibus claruit et mos preciosa
miraculis celeberrimus com
mendatur. Qui et in christo do
mino diem clausit extremum
kalendas febriarij: ut dicit ado.

De purificatione beate marie
virginis. Cap. lxxii.



Aurifca
io beate Ma
rie semper vir
ginis quadra
gesimo die a
nativitate do
mini facta est videlicet quar
to non. febriarij. Preceperat
enim lex Leuit. duodecimo. Ut
mulier que suscepto semine fi
lium peperisset: immunda esset septem diebus
scilicet a consortio hominum quibus comple
xis munda quidam efficiebatur quo ad consor
tium hominum: sed adhuc trigesima tribus die
bus immunda erat quoad templi ingressum.
Tandem quadragesimo die templo intrabat: et pre
rebus cum munib[us] offerebat. Si vero feminā p[re]pe
duplicabant dies: et quo ad hominē sorsit: et quo
ad templo ingressum. Hoc autem idcirco deus pre
cepit: ut sicut quadragesimo die a conceptione
anima in suo templo corpori maris infunditur: et
carnis admixtione maculatur: sic puer qua
dragesimo die in templum materiale induca
tur: templumq[ue] ingrediens per hostias ab ipsa
carnis macula experictur. **T**el mox aliter lo
quendo: ut per hoc detur intelligi: quod illi templo
celeste intrare merentur: qui precepsa decalo
gi cum fide quatuor euangeliorum obsernare
nituntur. **I**n partete vero feminā dies du
plicantur quoad templi ingressum: sicut dupli
cantur quoad corporis formationē. Nam sicut
quadraginta diebus corpus masculi organiza
tur: et perficitur: et in quadragesimo anima in
funditur: sic corpus feminine in octuageſimo.
Appellatur autem hoc festum triplici noſe:
scilicet purificatio: hypopanti: et candelaria.
Primo enim purificatio dicitur: ex eo q[uod] qua
dragesimo die natiuitatis domini beata virgo
ad templum venit: ut finis legis consumudis
nem mundaretur: cum tamen sub illa lege non
teneretur: quia non peperit suscepto semine;

sed mystico spiramine. Unde moyses addit su
cepto semine: cum tamē non esset necesse quā
tum ad omnes mulieres: que suscepto semine
partiunt: sed ideo addidit: ut dicit Bernardus.
qui timuit in matrem domini blasphemiam ir
rogare. **T**uluit ramen in hoc se legi subdere
proper quattuor rationes. Prima ratio est: ut
darer[et] humilitatis exemplum. Nam talis hu
militas non solum fuit ex parte matris: sed
etiam ex parte filii: qui in nativitate habuit se
ut pauper homo: in circuncisione ut pauper ex
peccator homo: sed in purificatione ut pauper
ex peccator et seruus homo: ut pauper in eo q[uod]
pauperum oblationes elegit: ut peccator in eo q[uod]
ipse cum matre purgari voluit: ut seruus in
eo q[uod] redimi decrevit. Sicut etiam prius vo
luerat circumcidisti: et postmodum voluit bapti
zari: non propter culpam purgandam: sed pro
pter eius humilitatem maximā ostendendam:
vnde Bernardus. Vire beata virgo non est ti
bi opus purificatione: sed nunquid filio tuo
opus erat circumcisione. Esto inter mulieres
tanq[ue] una illarum: sicut et filius eius in medio
puerorum sicut rupes illorum. **S**ecunda ra
tio est: ut legem impleret. Non enim venerat do
minus legem solvere: sed adimplere. Quam si
soluisse: iudei ipsum merito repulissent: tanq[ue]
dissimilem patribus et legis traditiones mi
nime obseruantem. Triplici autem legi se chris
tus et matrem hodie subiecit. **P**rimo legi
purificationis in significationem virtutis: ut
postea omnia bene fecerim: dicamus serui in
uriles sumus. **S**ecundo legi redemptionis
ad exemplum humilitatis. **T**ertio legi obla
tionis ad exemplum paupertatis. **T**ertia ra
tio est: ut legē purificationis terminaret. Sicut
enim adueniente luce cessat tenebra: et adue
niente sole recedit umbra: sic adueniente puri
ficatione vera: terminata est purificatione typica
que purificatione vera christus est. **Q**uarto ra
tio est: ut nos spiritualiter purificationis instrue
ret. Debemus enim purificari domini templi
ingredentes: peccata nostra oblationibus et
elemosynis redimentes: gemitus columbariū
pro peccatis emitentes: et turturū pudicitiam
habentes. **V**eniens autem beata maria ad tem
plum filium suū obtulit et eum quinq[ue] fidelis re
demit. Nam quedam primogenita redimeban
tur: sicut primogenita decimoprimum tribuum
que redimebantur: sed adulti in templo domi
no servitib[us] aut: et sicut primogenita mundorum
animalium que in sacrificio offerebant. Ques
dam communabantur ut primogenita aini que
communabantur ore. Quedam occidebantur:
ut primogenita canis. Cum ergo christus fues
se de tribu iuda pater q[uod] debuit redimi. Obri
lerunt etiam pro eo dno par turturuz aut duos
pullos columbariū. Hec enim erat oblatio pau
perum: sed agnus oblatio diuitiū. Et nota tres

Liber

oblationes de domino factas. Prima est de ipso a parentibus. Secunda de ipso et de aubus. Tertiam fecit ipse in cruce pro omnibus. Prima ostendit eius humilitatem: quia dominus legis se legi subiecit. Secunda eius paupertatem: quia pauperem oblationem elegit. Tertia eius charitatem: quia se pro peccatoribus tradidit. In curture autem significatur pulchritudo castitatis. In columba amaritudo penitentie. Secundo hoc festum dicitur hypopat: quod idem quod obvatio: quia Symeon et Anna obviauerunt domino: cum ad templum deferretur: et dicitur ab hypo: quod est ire: et anti quod est contra. Tunc autem accepit eum symeon in vinas suas. Et attende de christo miserebilem exinanitione factam: ut ille qui est splendor glorie et figura substantiae dei: duxit cecorum ac via se ab hominibus duci finit: ut scilicet ille qui est portans omnia verbo virtutis sue: in vinis senis se receperit et portari permittar: qui tamen se portantem batulabat: iuxta illud. Genes puerum portabat: puer autem senem regebat. Ut etiam ille qui est purgationem peccatorum faciens: hodie se ut peccatorem purificari non recusat. Tunc autem symeon benedixit et dicens. Nunc dimittis seruum tuum domine misericordiam. Et appellat eum tribus nominibus scilicet salutare: lumen: et gloriam plebis israel. Et hoc triplici ratione. Primo propter nostram iustificationem: ut dicatur salutare remittendo culpam: lumen dando gratiam: gloria plebis sue dando gloriam. Est enim salus: quia redemptor: lux: quia docto: gloria quia premiator. Secundo propter huius festi triplicem denominationem: nam dicitur purificatio quo ad purgationem culpe: propter quod dicitur salutare. Dicitur candelaria quoad illuminacionem gratie: propter quod dicitur lumen. Dicitur hypopat quoad collationem glorie: propter quod dicitur gloria plebis sue. In collatione enim gloria occurremus obuiam christo in aera: et sic semper cum domino erimus. Tertio propter triplicis divinitatis aduentus operationem: venit enim primo dei filius in carne ad homines salvandos: et ideo dicitur salutare. Venit secundo spiritus sanctus in igne ad apostolos illuminandos: et ideo dicitur lumen. Veniet tertius christus in maiestatis sede ad electros glorificandos: et ideo dicitur gloria plebis sue.

Tertio hoc festum dicitur candelaria: ex corona candeles accense in mansibus portatur: quod ecclesia ordinavit fieri triplici ratione. Primo enim propter remouendam erroneam superstitionem. Romanis enim olim in calendas februario ad honorem februe matris maritis urbem de quinto in quintum annum cum cereis et facibus tota nocte illustrabant: ut filius suis bellis eius victoriam de inimicis concederet: et illud spectum discebat lustrum. Unde etiam februa-

Tertius

rlo sacrificabant februo: id est pulmoni deo inferozum et ceteris inferis: et hoc pro animabus suorum antecessorum. Et ut propiciarentur eorum solennes hostias eis offerebant: et tota nocte cum cereis et facibus vigilabant. Et quia difficile est confusa dimittere: christiani degeneribus ad fidem conuersi difficile hanc paganorum consuetudinem dimittere poterant. Ideoq[ue] Sergius papa hanc consuetudinem in melius commutauit: ut scilicet christiani ad honorem maris domini omnium anni ecclesias cum cereis benedictis illustrando circumferat: ut solennitate stante intentio mutaretur. Secundo propter ostendendum virginis sanctificationem: ne crederetur ipsam purificatione indigneisse: ut ergo ostendatur quod tota fuit luminosa et splendidata: idea luminosos cereos deferendos ordinauit ecclesia. Adeo namque sanctitate resplenduit: quod non solum aliquod ad peccatum inclinatum in ea non fuit: sed etiam virtus eius sanctitatis ad alios se extendit. Ita quod etiam in aliis mortuis carnalis concupiscentie extinxit: unde dicitur iudei quod cum Maria pulcherrima fuerit: anullo tamen vincitur concupisci. Tercio propter mysticam significacionem et in capite enim candela accessa christum significat. In cero namque tria sunt: que denotant tria que in christo fuerunt. Nam cera quam apes gignunt sine commixtione significat carnem christi natam de virgine sine corruptione. Lychnum in cera latens significat animam candidissimam in carne latenter. Ignis vero lumen significat divinitatem: quod deus noster ignis consumens est. In membris vero: quia per hoc instruimur: quomodo coram deo purificari debemus: ut scilicet habeamus fidem veram: actionem bonam: et intentionem rectam. Nam candela accessa est fides integra cuius operatione bona: quia sicut cera sine lumine mortua est: sic et fides sine operibus mortua est. Lychnum autem in cera occultatum est intentio recta in opere latens: unde Beatus: sic sit fides in publico: ut recta intentio maneat in occulto.

De sancto Cornelio episcopo centurione. L ap. lxiiij



Ornatus centurio
ep[iscopus] beati petri apli discipul[us] et
in baptismate filii fuit. Hic ut
dicitur Actuum. x. Cum esset
celaream centurio prime cohortis que dicitur italica: ut religio
sus et timens deum cum omni domo sua faciens
elemosinas multas: et orationi infinitas: licet ad
huc gentiles: media die vidit manifeste angelum
dei dicens sibi: qualiter eius elemosyne et ora-
tiones ad deum ascenderat: propter quod deus
ipsum saluari decreverat madaus ut simonem

De sanctis in mense februario occurrentibus fo. lv.

petrum ad se accersiret: qui ioppe apud symonem coetarium hospitabatur qui cum viam veritatis edoceret. Qui confessim nuncios ad petrum misit. Eadem hora qua illi ad hospitium petri pernenerat: dum petrus in superiora dominus circa horam sextam oraret in extasi raptus vidit lintheus quattuor funibus de celo missum cunctis animatibus plenū voce ad eum delapsus: ut ex ipsis occideret et manducaret. Qui cum nullatenus se immunda posse comedere diceret: audiuist secundo que de purificauerat minime immunda reputada. Tunc descedens a nuncis causam itineris auditiss: et visionem intellexisset etiam deus gemitatem immundam ad fidem susciperet: divinitus admonitus cum illis accessit: quem cornelius denore suscepit: et eorum vangelio mutuo suam visionem exposuit. Cum autem petrus coram centurione et eius attinentibus et amicis ibidem congregatus christum predicaret: spiritus sanctus super illos nondum baptizatos descendit: et ceperunt loqui linguis et magnificare christum. Quos offens beatus apostolus baptizauit. Deinde cornelius militie abrenunciatus discipulus apostolorum effecit: et ab eisdem episcopos cesaree ordinatur. Qui apud eandem urbem officio predicationis fideliter peracto sanctitate conspicuus ad christum migravit. Ibi et sepultus quietus. iiiij. nonas februario.

De sancto aproniano martyre. Cap. lxxvij.

Apronianus martyris passus est rome sub maximo imperatore et laodicio prefecto. Eum enim laodicus sumnum diaconem in carcere diebus xvij. detinuerat: ut dictum est in passione saturnini. iiiij. kalen decembribus: et post hec prefectus eum sibi presentari iussisset: dum apronianus qui erat commentariorum sumnum de carcere eduxisset: subito lux de celo facta est: et vox de luce eruit dicens: venire benedicti patris mei tecum. Quod apronianus videntes credidit: et ad pedes summi procidit baptismum petens. Quem summi motu vnde sacra profudit: et ad marcellum papam deduxit: qui ipsum sacro christmate delinuit et communicauit: venitus cum summo ad prefectum. Quem cum de crudelitate qua in christianos sciebat argueret: et se christianum assereret: subente prefecto via salaria missario secundo ducrus ibi capite truncatus est: et a iohanne presbytero in ipso loco sepultus quartu nonas februario.

De sanctis septem mulieribus martyribus. Cap. lxxv.

Eptem sancte mulieres martyres que in passione sancti blasii leguntur apud sebastem ciuitatem passe sunt sub agricolao

prefide: que ab eodem sancto episcopo in fide fuerant edoce. Cum autem sanctus multa per pessus supplicia iussu presidiis ad carcerem duceretur: sancte femine cum insequebentes: guttas sanguinis eius de corpore suorum in lintheis colligebant: propter quod ab apparitoribz tete sunt et presidi presentare. Qui iussit eas ad mortis supercilium lacut supereminentis adduci: data sententia: ut si non adorarent statuam suis illuc delataram in lacum precipitarentur. Que cum idolum in lacum proiecissent: dicentes ut si deest scipsum iuwaret: a ministris ad presidem reducuntur. Qui fecit illas super viij. circa sub sella igne cadentia sedere: ut in posterioribz retinatur. Quibus angelus domini apparuit: et eas intratas ab igne conseruant. Deinde in equum leo leuare: vnguisbus et pectinibus ferreis carnes earum disrupte sunt. Tunc duo pueri sitiuij ex illis ad matrem accedentes: postulabant fieri christianos. Quos iussit agricola rurum sancto Blasio in carcere mancipari. Sanctas vero mulieres die sequenti mandauit in caminum ignis accessum immitti. Que dum in medio flammarum illese psallerent: et hec ministri presidi rectulissent: iussu eiusdem extra ciuitatem educte datos subiunscem pacis osculo de collate sunt. Quarum animas carnifices omnes viderunt in specie septem virginum viri de thalamo prodeuntium ad celum descendere coronatas. Corpora vero christianis noctu sublata in eodem loco sepulta sunt. Passae sunt autem quattro nonas februario.

De sancto Blasio episcopo et martyre. Cap. lxxvi.



Blasius episcopus et martyris sub persecuzione Diocletiani passus est: in ciuitate sebasten. puincie capadoccie. Qui cum omnibus sanctis polleret: electus est a christianis in ipsius christi ciuitatis virginem vero persecuzione christiana speluncam argel montis petij: et ibi hereticam vitam dugit. Eum aues pavulum afferebant: et fere ad eum vnaminiter confluebant. Quicunque vero ad ipsum accessissent egroti sanitatem ad libitum reportabant. Eum autem agricola preses christianos affligeret: et die quadam milites venatus mississet: illisque hincinde discurrentes innamur tendenter ante antrum sancti ferarum multitudinem inuenierunt: nullam tamquam capere valentes presidi rectulerunt: et qualiter blasius christianorum episcopus in specu lateret et oculis ad se feras magistris artibus congregarer. Quem iussit comprehendit sibi presentari. In ipso autem nocte Christus sibi ter apparuit: monens ut sibi

Liber

sacrificium offerret. Qui surgens intellexit se christo per martyrium immolandum: et celebra ta missa cum milib⁹ ad iudicem pfectus est. Eut multi lāguētes occurserūt: et ab eo diuersarū egritudinū salutē peeperūt. Quē milites iussu presidio vlg̃ in castellum in custodia re cluserunt. Eodem die quedā mulier filii suum moritē in cuius gutture os pīscis trānsuersum erat ad pedes eius cum lachrymis obtulit: quē sanctus oratione sua mox sanavit. Orat⁹ ad dominum pro cunctis se inuocatibus gutturis passionem aliquam sustinentibus: et audiuit vocem se fore a dño exauditū. Sequēti hō die presidi p̄sentatus cū iouī sacrificare renūset: dicens eum fuisse hominē sacrilegū t damnatum: fūstibus grauit̃ celsus est. Deinde in carcere reducetus. Tūc vidua paup̄cula venit ad eum: conquerens lupum: vñicū sibi procellū rapuisse. Lui compatiens sanctus orauit: et iup̄us porcum reportauit: mox illa dum rediens et suem reperiens eū occidit: sanctoq̄ viro partem coctam cum pane t candela obrulit: illeq̄ refectus deo gratias egit. Post aliquot hō dies iterum de carcere educit: et sacrificare nō lens in ligno suspendit: et vnguibus ac pectenibus ferreis lanata. Iteratoq̄ depositus ergastulo durissimo mancipatur: quē sancte septem mulieres subsecure sunt: ut supra proptime dictrum est. Dum aut in custodia tenet: duo pueri filii vnius ex p̄fatis septem feminis parentes se fieri christianos: in eodē carcere recludentur: quos blasius in fide xp̄i docuit: et sacram baptismatis vnda perfudit. Post hec autem iterum conspectui p̄fatis presentatur. Et dum in xp̄i confessione perseveraret iubete agricultorū ligato ad collū eius saxo in lacum precipitatur. Ipse hō aquam signauit: et mox sicut arida terra permāst. Ad quē sup aquas stantem dū milites. Iuv. accedere vellent: ut ei in profundum demergerent: subito ut aquas intrauerūt: submersi uisq̄ comparuerūt. Angelus aut domini eduxit eum ad terrā. Quia in multisbus ante p̄ fidem adduct⁹ iussus est ab eo cū duobus pueris quos in carcere baptizauerat de collari. Dux ergo ad locum passionis oratione ad dñm pro se inuocantibus fusa cum duobus pueris capite celsus est. iij. nonas februarī. Quoz corpora helicea mulier sepeliuit: ubi non lōgo post ipse ecclesia cū noī fabricata t dedicata existit.

(De sancto Johanne elemosynario episcopo. Cap. lxxvii.



Johannes cognomento elemosynarius ep̄s claurit tē porib⁹ foce imparoxis: qui claris alexandrīne natalib⁹ ortus sanctitate t scientia preditus ad patriarchatū eiusdem r̄bis p̄moris; ex yberib⁹ elemosynis quas fa

Tertius

ciebat elemosynarius dictus est. Eul in oratio ne quadā nocte beata virgo apparuit coronam olivarii in capite gestā: q̄ se dei genitricē esse dixit: corona mīc cīcūdatā: horā sc̄tū vt cā in sp̄sā assumeret: et quicquid peteret a dño obtineret. Extunc mie operibus intentus fuit: et pauperes suos dīos appellauit: famis līsp̄ suis precepit: vt ciuitatē circuiterent: et omnes dominos suos conscriberent. Qui cum nō intelligerent: expositū dominos suos esē pauperes t mendicos: qui sibi auxiliari siebant: et regnū celoū sibi largiri poterant. Et vt concives suos ad elemosynas induceret: exempla plurima sancrorū inducebar: qui largas elemosynas tribuerēt bonis sp̄ualib⁹ abūdāt. Odō nachus quidā noīe vitalius oēs publicas mere trices cōscripterat: quas vicissim singulas noctib⁹ singulis cōducebat. Et ad eas intrans in orōne pnoctabat: p̄cipiētq̄ mane cui reuelaret exēplo sue sc̄titatis ad m̄ltas p̄nia p̄ducebat. Et cū ex hō multi sc̄andalizarent: putates viraliū admodū esse lasclū: t de hō lohānē ep̄o q̄rimonia delata esset: noluit eis fidē adhibere: depe cans dēū: vt op̄ sc̄tvirī alscū reuelaret talī: q̄ nō amputaret in p̄cis his qui in eī sc̄andalizabant. Post dies paucos egrediēt monach⁹ ab vna illarū obusant enīdā ad eā cognoscendam ingredenti: qui vitaliū alapa p̄cūlit: et eum de fornicatione redarguit. Statimq̄ diabolus in specie mauri virū illū in gena reperitē eū ve pare cepit. Ita vt ex ore eius deīm clamaret: et vitaliū sanctitatē exprimeret: necnō castissimū cōprobaret. Pro quo dū ille orasset a demonio liberat⁹ est. Mulieres quoq̄ q̄ sanct⁹ vir opera batur manifestare ceperūt. Que oīa beat⁹ Johannes p sp̄m cognoscet: ideoq̄ maledictis fidē adhibere nolebat. Sicq̄ oīonib⁹ cū inno cētia virī sc̄ti manifeste cognita fuit. Cūdā in habitu peregrini ad se venītē t elemosynā postulatī: mādauit iohānes sex numismata dari. Iterūq̄ mutato habitu reuerētē: sex aureos sibi dari p̄cepit. Lui crīa terrio mutatis vestibus redeunīt duodecim dari iussit. Lū aurē dispēsatoz sibi immerit: q̄ hic idē paup̄ ip̄a die bis elemosynā diueris mutatis vestibus sum p̄fitter: instat̄ lohānes ut sibi toties daret: quo tis ille rediret: ne forte eēt xp̄s: qui se tētare veniret: an posset pl̄ accipere q̄ xp̄s sibi dare. Quidā patrīcī pecunia ecclīe in mercatio nīb⁹ ponere solebat: patriarcha hō resistebat: volēs ip̄am paup̄ib⁹ largiri: sicq̄ cōtēdetēs ad inūtē irati sunt. Aduenītē ḡ hora. xl. mandauit patriarcha patrīcio p archīpsoyerū dices: q̄ sol in occasum vergebāt. Qd ille intelligens ad eum venit: t cū lachrymis venīā postulauit. Quidā cū nepos a tabernario grauit̃ cōlūtia audierat: t patriarcha cōq̄st⁹ est. Lui patriarcha r̄nidit: sc̄ipo die talē rē in eo factuz: q̄ tota alexandrīa miraret. Lōsolat⁹ est ḡ nepos: pu

tans & cum faceret grauiter verberari. Qui eodem die pro hoie illo misit: et ipsum ab offensione et tributo liberum fecit. Adiuvansq; nepotem dulcissimis verbis eum ad patientiam et iniuriarum tolerantiam animavit. **C**onsumetur sibi fabricari fecit: quod tamquam quadam sit imperfectum relinquit. Ordinavitq; suis clericis: ut quoadcumque in solennitate celebraretur: sibi commemoraret monumentum suum imperfectum existere: et quod ipsum completi mandaret: nescius qua hora fuit veniret. Hoc autem faciebat: ut continuo memoriam mortis haberet. **D**ives quidam videlicet sancti vilis strati habere: eo quod oculis pauperibus erogasset: pretiosum cooperitorium emit: et iohannem tradidit. quod cum illud nocte super se teneret oculo dormire non poterat: cogitans q. ccc. dñi sui de tanto precio operiri posse. Facto igitur mane statim illud vendidit: et precium egenis dissipavit. Quod audiens diues ille cooperitorum redemit: et iohannem secundum tradidit: rogans ipsum ne illud amplius venderet: sed semper se teneret. Ille autem secundo vendidit: et de predo ut prius fecit. Tertio autem vir ille cooperitorum redemit: et iohannem de dit dicens: Quidam propinquus videlicet quis vinceret: aut ipse in redimendo: aut epus in vendendo. Et sic suauiter quasi diuinitate illius vindicabat. **C**uldam elemosynam petenti nummum dari fecit: qui indignatus eo quod maiorib; sibi elemosynam non dedisset: in contumeliam eius prouxit: famulosq; vindicare volentes epis phibuerunt: sacculum quoque pecuniarum coram illo effundit: dicens ut inde accipiteret quot vellent. **C**onsue tudine fecerat populus: ut lecto evangelio ecclesiam exiret: et verbis octo vacarent. Quidam vice lecto evangelio cum eis epis exiret: et inter eos stare cepit: dicens quod ubi ones ibi pastor esse debebat. Quod cum bis iterum fecisset: populum in ecclesia stare docuit. **C**uiusquisque qui datus est sanctimoniale rapuerat a familiaribus suis exprobabat: discensq; erat dignus morte. Quos ille redarguit: dicens eos magis de linquere: qui proximum indicabat: qui forte amplius non peccabat. Cum autem febre corruptus vicinus esset morti deo gratias egit: qui vniuersum sibi solidum nummum dimiserat: quem et pauperibus datur fecit. Eum autem defunctum esset et corpus eius in sepulchrobit erat duorum episcoporum corpora deponere vellere: corpora illa in latera secundentia miserabiliter beato iohanni cesserunt: et locum sibi mediu[m] vacuum dimiserunt. **A**nte dies paucos obitum sibi mulier quedam sibi confessi pecatum vnu[er]i enorme et verecunda omisit: quod tam in cedula scriptum: et sigillatum: et iohannem tradidit ut pro se dominum exoraret. Audiens autem ipsum defunctum: et se confusam reputans: si forte scriptum suu[m] ad manus cuiuspiam deueniret ad tumulum sancti iohannis durissime sterceret. Cum ille pontificalibus induit apparuit duobus secundum quiescentibus epis hinc inde val-

latus: qui scriptum sigillatum mulieri tradidit! Quod illa aperiens peccatum suum delectu invenit: scriptum tamen ibidem repperit: propter iohannem seruum meum delectum est peccatum tuu[m]. Illas deo gratias egit. Quenam autem sanctus iohannes in christo. ita nonas februario circa annum domini. cccccv.

De sancto Baudentio epo. Cap. lxviii.

Audentius episcopus nouariensis. fuit. Qui de hypothria orlandus sancti martini euronen. episcopi notarius et discipulus existit. Cum multo tempore adhesit. Et post modum mediolanum. veniens cum sancto eusebio verceliensi. episcopo exiliis sustinuit. Indeque renocatus a sancto simpliciano. mediolanen. archiepiscopo: primus nouariensis. episcopus ordinatus fuit. Qui et episcopatum suum strenue gubernauit: et inter cetera corpus sancti laurentii presbyter et martyris apud novarlam cum multis quos baptizauerat passum dum larens inuenit: et digna reverentione exaltauit. Dum autem mortuus esset: et sibi preciosum sepulchrum pararetur: a mense februario usque ad augustum iubilatus: et omnino incorruptus corpore permanuit: quo tempore et capsilli et vngues eiusdem crescebant: ut eo tempore quo viviebat. hic etiam inter cetera miracula mulierem vestitam a diabolo liberavit. Quievit in pace. iii. noxi. februario.

De sanctis celerinor sociis mar. Cap. lxix.

Elerinus diaconus confessio: et anita eius celerina laurentius eius patruus et ignatius anunculus martyres: apud aphricam claruerunt. De quoque omnibus gloriosis laudibus memorat bsi. **L**yprani epistola ad martyres scripta. Nam ut ibidez dicit celerina gloriofa annus martyrio coronata est. Patruus vero celerini laurentius: et anunculus eius ignatius in castris secularibus militantes palmas domini illustris passione meruerunt. Celerinus autem diu adhuc rentibus penitus afflictus per. xii. dies in carcere custodia septu[m] in nero ac ferro fame cruciatus: inde tandem eductus: et divina pudenaria dimissus: ad diaconatus ordinem promotus sanctitate pollens quietus in pace. Hoc omnibus festum recolitur. iii. noxi. februario.

De sancto Symone propheta. Cap. lxx.

Symeon senex et prophetata noui testamenti: de quo in evangelio Luce. ii. multa preconia predicantur: quod videlicet fuit homo fustus et timoratus: et expectans consolacionem isti: et quod spiritus sanctus erat in eo. Et quod

Liber

Responsum acceperat a spiritu sancto non visu
rum se morte: nisi videret xpm deum. Qui cum
spiritu sibi diuino reuelate: puerum iesum natum
et ad templum a parentibus deferendu didicisset:
venit in spiritu in templu die dñsce purificatio
nis. Et cum induceret puerum iesum parentes
eius: festinavit Symeon ad portam templi et ador
avit iesum: et osculans plantas eius accepit
eum in vlnis suis. Et benedixit deum dicens.
Nunc dimittis seruum tuum dñe tc. Et cum
esset annorum. cxx. et vix posset seipm regere:
portauit puerum usq; ad altare: iuxta illud. Se
nec puerum portabat: puer autem senem reges
bat. Et tunc tradidit puerum matrem dno offe
rendam. Et benedixit parentibus iesu: et pro
phetiam illam matri iesu predicti: que scribitur
vbi supra. Et qualiter gladius mortis filii
animam genitricis pertransire debebat. perfe
ctis autem omnibus fini legi redentibus pa
rentibus iesu ad dominum suam: et Symeon ad
propria rediuit. Et qz promissionem diuinam
obedierat: terro die in domino obdormiuit: et
sepultus est in Hierusalem. qz. noī. februarī.
Dec in libro de infantia saluatoris.

De sanctis Phylea et phylloonio
et sociis martyribus. Cap. lxxxi.

Hyllreas et phyllooro
nius in cinctate egypti que appellatur tamines passi sunt. Qui phyl
reas ut octavo ecclesiastice historie habeat: et vt dicit hieronymus
de prefata vrbe nobili prospapia oetus. Primo
quidem honoribus in seculo fulgens libera,
libus scientijs eruditus fuit: deinde ad episco
parum ipsius vrbis projectus de martyrii lau
de volumen insigne composuit. Qui tempore
persecutionis cum multis de suo grege diuer
si scutis ordinis et eratis quasi innumere multi
tudinis ad martyrium premisset: a preside cito
vitatis tentus et carceri mancipatus est. Qui
cum a propinquis et dilectis blandis et lachry
mosis sermonibus induceretur: vt xpm nega
ret: et ipse ecōtra constantior permaneret: ex sen
tentia presidis cum phylloonio eius diacono
decollatur secundo noī. februarī.

De sanctis Aquilino et sociis
martyribus. Capitulo. lxxii.

Quolin⁹ gemini⁹: gelesii⁹
magnus: et do
nat⁹ martyres rome foro sym
phronii passi sunt. Quos oēs
pro confessione nominis christi iussit vrbis prefectus capi
tali sententia vitam finire. qz.
noī. februarī. vt dicit ado.

De sancto Billibero con
fessore. Cap. lxxiii.

Tertius

Jubertus cōfessor

Gemalēi. cenobij fundator anno. xxv. orthoni impatoris p̄mis
claruit: qui apud gorziā christo
potius qz seculo militabat: et in
ipso loco monasterio ab eo fabi
cato et copiose dorato. ppter amorem sancte reli
gionis in pace dormiuit. qz. noī. februarī. Lui
corpus relatū est ad gorziam urbem.

De sancta Agatha vngine et mar. Cap. lxxiv.

Bathā vir

Ago et martyr apud ciuitatem carthaginiē. tempore dec̄i pas
sa est sub quintiano scelere con
sulari. Qui cuī esset ignorabilis: libidinosus: avarus: et ido
lis deditus beatam agatham comprehendere nitebat: vt qz
erat ignobilis tenendo nobilē
timiceretur: quia libidinosus eius pulchritudine
frueret: quia avarus eius divitias raperet: quia
idolatra dñs ea immolare cōpelleret. Ipam
detentam tradidit cui dā meretrice noī aphro
disie nouem filias turpissimas habenti: vt per
dies triginta suaderet ei: quomodo ei animus
immutaret: modo leta promittendo: modo per
aspera deterrendo: que cum vī supra firmā pe
tram christum immobiliter fundata: omnia sibi
promissa vel cōminata cōtempseret: et aphrodi
sia hec quintiano retulisset: ipse virginem ad se
adductam cuius esset cōditionis interrogauit.
Lui virgo se ingenuam et genere spectabilis pro
genitaz esse respōdit: addēsq; qz ancilla christi
esser: hoc quod magis cam ingenuaz redderet.
Nam summa ingenuitas est: in qua christi ser
uitus comprobatur. Lui cum quinianus opto
nem dedisset: aut dñs sacrificandi: aut diversa
supplicia sustinendi. Virgo respōdit: qz vīna
vī: illius esset talis ut venus: et ipse talis qua
lis iuppiter deus suis. Tunc quintianus iussit
cam alapīs cedi. Et cum diversa sibi tormenta
commisaret. Et illa ecōtra feras ignem et plas
gas et quascūq; penas se voluntario animo pas
sam offeret: iussit eam in carcere trahi: ad quē
letissime et gloriositer ibat: et quasi ad epulas in
uitata agonem suū dñs precibus cōmēdabat.
Sequenti die inde educit: et sacrificare: contē
nens in equuleo suspendit: et torquet. Et cum
in his penis delectari se diceret: iussit cōsula
ris māmillam eius diutius torqueri: et torram
abscindit. Que cum illā redargueret dicens: qz
confundi debuerat amputare in feminā: quod
ipse in male suscepit: iussit eam iterū ad carcere
reducit: phibens medicū quēcūq; ad eam
ingredi: et panem sibi vel aquā ab aliquo minis
trari. Verum circa noctis mediū venit ad eam

De sanctis in mense febriarij occurribus. Fo. lviij.

rum primogenitus manasse anno. xxij. etatis Ioseph. q̄. genit⁹ vero esraim anno. xxv. eiusdē etatis nat⁹ est. Esraim autem minor manasse maiori prelatus est: q̄ semē ei⁹ magis excrevit: et populus multitudine: et regni dignitate. Nam re
gno Israel in duo diuisi: trib⁹ esraim caput. et tribuum fuit cuius regni samaria in ipsa trib⁹ posita ciuitas regalis multo tēpore claruit: unde et cum Iacob mortis appropinquaret: Ioseph filius suus manasse et esraim ad eum adduxit: ut anteq; decederet filiis suis b̄fidictionem daret. Applicans illos ad Iacob manasse pri
mogeniti posuit ad dexterā patris: esraim vero minor ad sinistrā: cupiens ut pater maior de
sererāt: minor vero finistrā super caput pones
ret. Jacob vero qui iā oculis caligauerat: nec in
minib; corporis nepotes videbat: spiritu tamen
futura prouidēs manus cācellauit: et super eas
put esraim dexterā: super caput vero manasse si

Liber

mistrum imposuit: eisq; bñdicit. Quod ioseph moleste ferēs dexterā patris de capite effram leuare t sup caput manasse transferre nitebat. Eui iacob respondit se scire quid faceret: nam quis manasse magnus futurus esset: ipm tñ effram t seminis multiplicatione t honoris dignitate pcelleret. Qui post aui t patris excessum in eorum semine mirabiliter excreuerunt: t cum ceteris patriarchis in egypto diem extremū cōcluserunt. Hec ex libro gen. ca. Elviū. t ex alia voluminibus quibus supra dispersim collecta conscripta sunt.

De sancto Edasto epo.

Lap. xciv.

Edastus eps attrebat. Qui a btō remigio Remen. archiepiscopo eidē vbi in epm ordinatus: cumvenisset ad portum ipsi ciuitatis: t duos pauperes viuum cecum: t alii claudum ad elemosynam sedentes inuenisset: sacra oratione cecum illuminauit: t claudum erexit. Cum autem in quadam ecclesia derelictayebi bus operta lopus habitarer: eidem mandauit: vt inde discederet: nec illuc ulterius redire presumeret: quod t factū est. Deniq; cū verbo t exemplo multos couertisset: quadrageſimo sui episcopatus anno vidit columnā igneā a celo in eius domū descendēt. Finemq; suum post modicū futurū esse cognouit. Et circa annum dñi. ccccc. in pace requieuit. viii. idus februario. Cum autē corpus eius transferretur: audios marus quidem pre ſento cecus dolens: q; corpus sancti videre non poterat. Hoc lumine recepro corpus aperit: sed postmodum pensans hoc forte non esse anime sue perutile ad votum lumen amisi.

De sancto Amando epo.

c.

Mandus eps nobilibus parēbus ortus: monasterium introuit. Qui die quadam maximū serpentē inuenit: quē statim virtute crucis ad foream inde nunq; exiturum ire coegit. Post hoc dum romā venisset: t in ecclesia sc̄i petri apli pnoctaret: custos ecclesie ipm irruerēter foras piecit. Eui postmodū aī foras dormitati beat⁹ petrus apparuit: t ad gallias ipm redire mandauit. Qui cū ibidem regē godobertū de suis criminibus diuinitus admonitus increparerat: rex ipm de regno suo electit. Cum autē reg filiū non haberet: t amādus sibi oratioē natū a dño impetrasset. Disposuit rex: vt cū ab amādo baptizari faceret. Quesito igitur sancto ad regē adducto prostrat: ad pedes eius rex venia petiū: t vt filiū suū que precib⁹ sancti dñi sibi concessisse nouerat baptizarerat: instantius postulauit. Ille hō primam de venia petitionem expauit.

Tertius

diuit: sed secularib⁹ negotijs implicari nolens secundā recusauit. Tandem vixit a precib⁹ anniuit voto regis. Et cum baptizaret infans ta centibus cunctis respondit amen. ¶ Post hec ipm rex in trajecteti. episcopū sublimari fecit. Ubi cū verbum predicationis cōtemni videret in vasconia iuit. Et dum ibi predicaret: t quidam faculator ipm irrideret: continuo a demone arripitur: t proprijs dentibus se discepēs: q; viro dei iniuria fecerit confiretur: t tandem miserabiliter moritur. Ibi etiam cecus quidā aqua lotionis manū eius oculis perfusus illuminatur. ¶ Cum in quodam loco de voluntate regis monasterium construere vellet: t epis copus profane ciuitatis hoc egre ferret: misse ad eum famulos suos: vt aut sanctum inde expellerent: aut dolose occiderent. Qui venientes ei in dolo susserunt: vt secum pergeret: t sibi locum aptum ad monasterium construendū ostenderent. Qui malitia eorum per spiritum agnita: ad cacumen montis: cum eis accessit: vbi cū occidere disponebant: eo q; t ipse martyrium affectaret. Subiroq; tanta pluia t tempestate mons regitur: vt se mutuo videre non possent. Qui se moxi putantes: prostrati venia po stulabant: t vt eos viuos abire permitteter exorabant. Ipseq; orationē fudit: t morte serenitas illustrit: epis famulos amandus in pace dimisit. Post que multa alia miracula faciens in dño feliciter obdormiuit. viii. idus februario: circa annū dñi. cccccx. tpe heraclij ipatois:

De sancta Dorothea virginē t martyre.

Lap. cl.



Dorothea

hō t martyr apō cesarē cappadocie passa est. Eius cum due sorores christa t caseta: que in tormentis terrible fuerant apostataissent: tradita est Dorothea virgo a iude dice duabus sororibus suis: t ipsius animū ad deorum sacrificia inclinarent. Quas diuino mītu sancta virgo versa vice ad fidei veritatem renocauit: t ad martyriū animauit. Qua de re ipē sc̄tē ambe in cuppā misse t in conspectu sororis incense xpo animas tradiderunt. Dorothea hō in catastam leuara t palmis diutissime cesa tandem data sentētia ad decollandū duxa est. Que dū ad passionem tenderet: scolasticis quidem nomine theophilus virginem tridendo rogauit: vt quia ad paradisum sponsi sui pergere se dicerat: de ipso paradiſo rotas sibi aliquas destineret. Od t illa spopōdit. Dū aut iugulo feriēda forer: astitit ei inueniens cernētib⁹ multis: qui el dē in sinu suo tria mala t tres rosas p̄sentauit: quas sibi de padisō spōsi sui attulisse afferuit;

De sanctis in mense februario occurrentibus

Fo. lxiij.

Quem saucta rogauit: ut eas theophyllo deferat: quod et factum est. Propter quod cum theophilus rosas inuissas tempore hyemis asperceret: et miraculum considerasset: couersus est: et post decollationem virginis et ipse temeriter in equuleo leuauit: ac duxit tortus: tandem gladio cedente martyris consumatus. Passa est autem virgo Christi. viiij. idus februario.

De sancta Dorothea virginine. Cap. ciiij.

Dorothea altera vita. Hugo apud alexandriam tempore maximi et maximi imperatoris passa est. Quae ut octavo libro ecclesiastice historie traditur: nobilis progenie orta Christo domino seruiebat: votum virginitatis emiserat. Sed maximus in partibus egypti existens pudicitie hostis et fidelis: christianos mares ad deorum culturam: virginines ad voluptatem obsecrana: rotis nubibus provocabat. Dum igitur virgo Christi ab eodem pro adulterio imperit: accepta dilectione timens virginitatem amittere: nocturno silentio clam aufragit: et heremus petens orationibus et ieiunis multo tempore vacans in pace quietuit. cuius exemplum multe virginis imitatae sunt. hec ibi.

De sancto moysi abate. Cap. ciiij.

Dyses abbas in deserto de scythi penitentiam egit. Qui fratri a se petenti sermonem dixit: ut in sua cella sederet: et ipsa cum vniuersa doceret. Cum quidam frater senex infirmatus in egyptum velleret ne fratres nimis grauaret: prohibebat eum moyses abbas ne iret: quoniam in fornicatione inciditeret. Qui contristatus est nimis: tam infirmitatem suam quam senectutem considerans. Et contra abbatis inhibitionem discessit. Qui cum virgo quedam ex devotione seruiret ille conualescens eam violauit. Que concepit et peperit. Senex et infantem in vincis suspicis: in die magno festivitatem que erat in scythi et ecclesia cuius multitudo fratrum intravit. Et puerum cuius lacrymis oibus ad sui confusione et aliorum exemplum ostendebat: et spiritum filium inobedientie fore dicebat: ac ut nemo de senectute presumeret admonebat: nec non ut pro se orarent omnibus supplicabant. Qui moyses abbas penitentiam imposuit: et ille ad celum reversus ad pristinum statu rediit. Tremendum quidam qui peccauerat abbati moysi misserunt iudicandum. Qui accepto sacco pleno harena venit ad eos. Et interrogatur ab eis quod hoc esset: respondit quod erant peccata sua post se currentia in similitudinem harenem ponderosa: que ipse non poterat videre: qui tamen venerat aliena iudicare. Ille autem hoc audientes fratres pepercerauit. Hec in vitis patrum. Qui enim autem abbas moyses in domino: et agitur eius festum septimo idus februario.

De sancto Oysse abbe alio episcopo saracenorium. Cap. ciiij.

Oyses alius abbas ethiops natione epius saracenorum fuit: ut habeat in historia tripartita. Hic postmodum ab egyptis castigatus: et fuisse effecrus propter multas culpas a domino suo expulsus: latrociniis et homicidiis deductus est. Tandem exemplo sanctorum anachoritarum ad penitentiam provocatus: et christianus ac monachus effecrus est. Fuitque discipulus eius doctri abbatis. cuius sanctitatis exemplo omnia diabolique figurae deuicit: et demonibus admodum terribilis fuit. Deinde ad sacerdotum ordinem ascendit: et sepraugintimannis in heremam seruire studuit. Cum autem pmo clericus factus esset: et epus ei superpellicem imposuit: dixit ei epius quod facrus fuerat nimis candidatus. Ille vero quiescuit ab episcopo: an a foris: an ab intus: quod diceret quod dealbatio exterior sine interiori nihil prodest. Volens autem episcopus eius pariteriam comprobare: dixit clericis suis: ut quando ad altare accederet: eum cum iniuria expelleret. Deinde de ipsius insequeentes quid loqueretur audirent. Pronuncientes ergo cum foras dicebant. Eri foras ethiops: nam ethiops niger erat: quod egressus inter se dicebat: quod illi optime fecerat ipsius expellendo: eo quod cum homo non esset inter homines stare presumpsisset. Hic autem sex annis in cella inclusus sterit: quibus nulla necessitate existit: panem solum comedens et aquam ad mensuram debenos: toracis nocte stans apertis oculis orabat: et iterationes quibus somnis fatigabatur deuinceret. Transactis sex annis oibusque iterationibus supatis ex charitate ductus nocturno tempore cellas monachorum circusbat: et aquam aliquando a decem: aliquando a duodecim: aliqui a viginti deferens stadiis: omnium fratrum lagenas ipsebat: factaque mane nesciret quod eet ad cellam redibat. Quienam nocte quam demum ut eum ab hoc ope euerteret: quod ad mortem in dorso percussit: quod mane facies reprobasti: et quod eet agnitus ad eum rugiturum per fratres reduxit fuit. Qui eni in pace in deserto scythi vii. idus februario. lxxv. discipulis derelictis.

De sancto Augustino epo. Cap. cxv.

Augusti episcopus in britannia martyrium passus est. Hic enim postmodum auguste civitatis britannie etate ac virtutibus pueritus cursum traxit per martyrium coplens eterna mensuram suscepit pmi. vii. idus febr. ut ait ado.

De sancta Eulalia virginine et martyre. Cap. cxiij.

Diuina virgo et martyris apud alexandriam sub Decio cesa re passa est agere diuino pside. Quis ut

Liber

habetur sexto ecclesiaste historie libro: beatum metranū senē volentem impia verba proferre: fuit omne corpus eius membrum fustibus colli: vultumq; eius ac oculos acutis calamis terebrari. Deinde ipm extra ciuitatem electus lapidibus macari: ut superius dictū est secundo kalen. februarij. Post hec tubente in q̄smo preside locutā virginē adorare idola recusantem: pagani pedibus innectentes: et per plateas ciuitatis hinc inde trahentes horrendo sup pūcio corpore discerpserunt. Sicq; christo spiritum reddidit sexto idū februarij.

De sancta Apollonia virgine et martyre.

Lap. cxiij.



Pollonia

virgo et martyris apō alexandriam sub Decio cesare passa est agente divino preside predicto. Quā pagani detentā ad idola perducentes iussu presidis adorare cogebant. Quod cū illa execraret persecutores ipsius omnes primū dentes excusserunt. Deinde copioso igne accenso cū minarentur visum se eam incensuros: nisi cum eis impia verba proferret: paululum quidem intra se metipsam deliberas: repente de manibus impiorum prospicit: et in ignem quem parauerat: profiliuit. Sicq; igne combustam in odore suasitatis suauissimum christo hostiam obtulerūt quinto idū februarij. Cuius corpus vna cum reliquiis coiure virginis et metranī martyrum a christiani alexandrie sepultum est.

De sancto Ausberto episcopo.

Lap. cxiij.



Albertus epus fili⁹

sircanii illustris cū esset iuuenis: andragafinam virginem filiam ilustris roberti officialis lotharii regis francorum: satis renrente tandem a parentibus coacte desponsauit uxorem. Nam cum ab annis puerilibus deo virginitatem vouisset: virum omnino accipere recusabat. Cum autem deū lachrymis propulsasset ut eius pudicitiam conservaret anteq; a viro traducta esset: subito graui in faciem lepra percutitur: et a consortio hominum separatur. Sicq; dispensante andoeuo episcopo a viro repudiat: et in cenobio virginum iuxta monasterium beluaci situm virgo ipsa sacro velamine consecratur. Sed post dies modicos a lepra mūdata: priorem speciem reassumpit. Que et post modum eiusdem loci abbatissa facta est laudabiliter visit. **A**usbertus vero uotis exemplo reliqua aula regia in qua inuiste morabatur: de voluntate lotharii regis monachus effectus

Tertius

est in monasterio fontanelle: sub sancto vande gisillo abbare. Deinde ab andoeuo episcopo presbyter consecratus: theodorico regi nondū regnanti: cum ad regnum ascensurum predixit. Et in hūis signum in agro ipsius theodorici tempore hyemis herbam virulentē pdixit: que usq; in prefens ibidem perpetua viriditate conspicitur. Successit autem vande gisillo in regime monasterij fontanelle. Ac deinde post beatum Andoeum ad episcopatum rothomagense electus fuit. Quā uiri bonus pastor: commissi sibi gregis dominici mirabilē curam egit. Sed tandem regi pipino: quis falso tamē de pditione suspect ab eodem apud altū monte in exilium accusatus est. ubi in pace vita finiuit. v. idū februarij. Cuius corpus dū inde transfferre visum est oculos tertio aperuisse. Sepultusq; est ad presens apud beluacum virtutibus clarens.

De sancto Amonto confessore et abbate.

Lap. cix.



Moninus confessor

vir crudelissimus originis dyadicus discipulus fuit. Qui a iumenture usq; ad mortem pter panem assūm nūlī vñq; comes dīt. Nunq; uisus ē irascē: aut furans: aut mentīs: aut vanum vel asperū vel infirmum protulisse sermones. Cum athanasio episcopo romā tendens et rediens: nullū ciuitatis edificium vel opus spectabile preter apostolorum et laterā: ecclesias cōspectissime narrauit. Electus aliquādo in episcopū aurē sibi p̄cidit: ut sic uiri manus et multilatus episcopatu iudicaretur indignus. Et dum adhuc omnino hoc non obstante electioni insisteret: protestans q̄ sibi lingua precideret: dimissus est. Ignē de domo vicinorum assūmens: nec in quo deferret patrū habes prunas inustis vestibus in sinu portauit. Quicquid in pace apud cyprum. v. idū februarij: ubi et sepultus est.

De sancta Scholastica virgine.

Lap. cx.



Scholastica virgo

beati benedicti soror ab ipso in fantie tempore domino dedicata in monasterio fuit. Ad quā vir dei semel per annum visitandam venire cōsuecerat. Quadā die cum discipulis ad eam ex more descendit. Qui totum dīm in sacris colloquīs deducētes: incumbētibus iaz nocis tenebris simul cibū sumptserit. Et ergo adhuc ad mēsam sedēt: et tardio: hora pro traberet: sanctimonialis virgo fratrem rogauit: ut ibi secum eadem nocte permanēt diuinis ea sermonibus refoueret. Quod ille offimode fas cere denegauit. Et cū tanca esset in celo serentas: ut nec parua nudecula appareret. Scholastica insertis digitis manū sup mensam posuit;

De sanctis in mēse februarī occurribus. Fo. Iriij.

et caput in mansibus dominum rogatura declinavit. **D**oxa rāta coruscationis et tonitruī virtus tantaque insidatio pluiae erupit: ut neque pater sanctus neque qui cū eo erant fratres: extra loci limē pedem mouere potuerint. Sic ipse extra rectū non valens: qui remaneret spōte noluit: in uestis in loco cum sorore permanēvit. **T**orans noctem pulsilem deduxerit et per sacra vīte colloquia se vicaria relatione refecerunt. Dies sequenti vīt deī ad monasterium rediit. **C**on post triduum hō in cella cōsistens elevatis oculis vidit sororis animā de corpore egressam in colibra specie celi secreta penetrare. Quod mox fratrib⁹ nunciavit: eosq; vt corporis ad monasterium suū deferrent trasmissit. Quod in sepulcro qđ ipse sibi parauerat tumulauit. **S**ic & contigit: ut quoq; una mens semp in deo fuerat: eorum quoq; corpora: nec sepultura separaret. Quieuit in pace virgo domini. iiii. idus febrarī. **D**e gregoriū. qđ. dialo. cap. xxxiiii.

De sancta Gorthera vīgine et mar. Cap. cel.

Sey: in orientis pīb passa est. Que grauerit et diuissime alapis cesa: cū cetera quoq; penariū genera vīcīs nouissime gladio martyrum cōsumauit quarto idus febrarī. **D**e in martyrologio.

De sancta austreberta vīgine. Cap. cxiij.

Astreberta vīgo filia fīmū illistris: et scri. austerti rothomagensi. epī soror fuit. Quevotōgloriatissimis emisso ab eodem fratre suo in censu vīgīnū apud ciuitatem rothomagum inclusa: post laudabilitas sanctitatis et vite testimonia. iiii. idus febrarī migravit ad dñm: ut dicit Butilius.

De sancta Euphrosyna vīgine. Cap. cxiiij.

Euphrosyna vīgo apōleiam claruit. Que ipsius ciuitatis nobilissimo patre pannutio progenita fuit. Hic cīm dū prole careret: et monasterium quodā monachōū ciuitati proximum frequentius visitaret. Et multas elemosynas conferret. Agabitum abbate et monachos exorauit: ut sibi gratiam sobole a domino precibus imperraret. Lūt deus orationib⁹ fratrib⁹ filiam euphrosynā concessit. Dum aut ad annos nubiles peruenisset: et virginitatē suam xpō vītissit: eamq; pater liceat invitam cuidam nobilis suēti dispondisset: virgo xpī votum adimplere cupiens de paterna domo latenter abscessit: et sumpro virili habitu seq̄ sīnaragdum nominās ad dictū monasteriū sexum. virile finis accessit: seq̄ monachum fieri postulauit.

Quē abbas grataanter exceptit: et monasticū habitum sibi tradidit. Que in sc̄a religione letunis et vigilijs pre omnib⁹ occupabatur: et ab omnibus masculis putabatur. **L**ū autē ei⁹ eleganti decore fratres aliquādo tentarent: iussu abbatis sepe ratim cellulā petiunt: et sola inclusa deo seruens omni tēpore mārit. Verum pater et sponsus euphrosynā vbiq; p̄quirent: nec usq; invenientes: nimis tristitia afflicti eam ut mortuam defebant. Pater hō occupatus tristitia: sepius ad abbatem Agabitū veniebat et se suis orationibus commēdabat. Ille hō cum fratrib⁹ deum exorabant: ut qui pannutio cōcesserat filiam: eādem sibi renelaret: vel defunctam. Sed cum abbas a domino se exaudiri minime consperisset: et pannutius nullam consolationem recipere posset: perduxit abbas pannutium ad sīnaragdū inclusum: ut in eius facūdo colloquio consolaretur. Quem euphrosyna cognoscēs: s; ab eo minime cognita: ut pote habet virili vultu squalida et afflīcta: parem sup amissione filie blādis adeo sermonib⁹ solat: et sacrī colloquīs exhortatur: et quasi rediūsus effectus ex mortuo eam frequentius visitabat. Sicq; xxviii. annis inclusa omnib⁹ incognita mansit. Post hec graui valitudine p̄ssa mortis proxima: patrem secretius aduocat: et omnia sua occulta referat: et qđ sit euphrosyna ipsius filia veris indicis manifestat. **O**ibusq; detectis inter eius manus spiritum exhalauit. Quam pater amarissime defens: ut pote sero cognitā: audita abbatū et fratrib⁹ reuelauit. Dū corpus lenas deberet veritas deregistrat: et virgo domini a fratrib⁹ cum lachrymis in monasterio sepelitur. In cuius exequijs monachus monoculus corpus deosculans lumen accepit. Pannutius hō omnibus venditis pauperibus medium precij: et aliud mediuū monasterio cestis. Ubi et ipse monachus factus in sancto proposito decēto filie superuixit. Quieuit in xpō vīgo sancta. iiii. idus febrarī.

De sanctis saturnino et sociis martyribus. Cap. cxiiij.

Saturninus presbyter: David: felix: apulej: et plures socii eorundem martyres: apud aphrīcā passi sunt. Qui sub anolino p̄consule per diversa tormenta gloriofissime triūpharunt. iiii. idus febrarī. ut scribit ado.

De sancto Beuerino cōfessore. Cap. cxxv.

Beuernus cōfessor claruit tēpore clodouī regis frācorū. Hic abbas fuit monasterij aganensis multorum miraculorū gloria celeberrimus effulgit. Nā prefatum cloacum regem dudum validissimis febribus

Liber

Oppressum quem nullus medicorum curare potuerat: ab eo accessitus sua confertim oratione sanavit: t in ciuitate parisiensi multos languores a diversis infirmitatibus liberauit. Dñ autem rex eidem pro beneficii vicissitudine mulatas pecunias obtulit: nisi omnino recepit: nihil aliud p munere pergit: nisi vt in toto regno quicunque in carcensibus qualitercumque deteti libere liberetur: quod t factum est. Qui diebus aliquibus parisius residet: postquam obitu suu an gelo nunciante cognovit: egressus rube ad medium qui castrum naonis dicitur pperauit. Ibi in oratorio quondam inter manus sacerdotum domino seruientium expirauit. Admirabilis luce instar stelle in eius transitu ecclesia circumclusa: ibi sepultus est. id est februarij.

De sancto Juliano hospitatore
t confessore. Cap. cxi.

Julianus cōfessor

Tqui a transeuntibus pro bono hospitio innocatur: qui et hospitator boni dicitur: utrumque parente ignoranter occidit. Eum enim existens suuens venationi insistens ceruum insequere tur: ceruns conuersus ei miraculo locutus p dicit: p patrem suum t matrem suam occidere debebat. Quod inueniens audiens timuit: t ne si bi prophetara contingerent ad regionem longe remotam latenter abscesserit: ubi cuidam principi adhesit: t tam strenue secum se habuit: p principem militie eum fecit: t quandam castellanam viduam in conjugem ei tradidit: t castellum pro dote accepit. Interea parentes iuliani pro amissione filii vagantes eum vbiq; solcete requirabant. Tandem ad castrum cui filius precerat deuenierunt. Easque iulianus abscesserat. Quos cum vero iuliani vidisset: t quinā essent inquisisset: t illi cuncta que de filio cōtigerant enarrassent: intellectus p viri sui parentes erāt: ut pote que hec aviro frequenter audierat. Post igitur benigne suscepit: t pro amore viri sui lectum eis dimisit: t ipsa sibi alibi cubile preparauit. Factoq; mane summo dulciculo castellana ad ecclesiam perrexit. Julianus rediens thalamum suum vrorem exercitatus intravit. Et inueniens duos pariter dormientes: vrorem cu adultero suspicar: extracto gladio ambos pariter singulauit. Eiens autem dominum obulsa isti ab ecclesia redeunti: t admirans interrogauit: quinā essent illi: qui in suo lecto dormierent: que respondit parentes suos esse: quipsum dudum quequierant: quos honorifice suscepsero in suo thalamo collocauerat. Ille hoc audiens effectus exanimis amarissime flebat: t se miserum t patricidam exclamabat. Et dum conjugem vellere deserere pro penitentia peragenda: vrox omnino cum sequi proposuit: vt q

Tertius

fuerat secum particeps leticie fieret t doloris. Sicq; abeuntes iuxta fluvium vbi multi perlabant: hospitale fecerunt: in quo omnes pauperes hospitio recipiebant: t penitentiam peragebant: omnesq; inde itinerantes iulianus traxerabat. Post multū temporis media nocte cū esset grauissimum gelu: audiuit iulianus vocem lugubrem: vt se traduceret inuocante. Qui cōcitus surrexit: t pauperem frigore deficiētem transuerxit: t accensu igne in domo sua calefacere fecit. Sed cum calefieri non posset: ipsum in lectorum suum portauit: t diligenter operauit. Post modicam horam qui infirmus t quasi prosus apparuerat: splendidus ad ethera descendit: t vale faciens hospiti suu: dixit q; ipm ad eum deus miserat: t peccatum suum sibi dismissum propter hospitalitatem nunciabat. Sic ille disparuit. Et iulianus cū vxore post modicum plenus sanctis operibus vitam finiuist: secundo idus februarij. Et quia fuit pauperū peregrinorum susceptor: inde a viatoribus p bono inuocatus hospitio dicitur Julianus cognomine hospitator.

De quadragesima. Cap. cxvii.

Quadragesima incī

Qpitur a dominica qua cantatur Inuocauit me tc. et significat repūs afflictionis: vbi ecclēsia que tot tribulationibus clama uerat Circūdederit me tc. Et postmodū inuocandum adulorū respitauerat dicens. Exurge domine tc. Esta mīhi in deum protectorem tc. Nunc se exaudiat ostēdit dicens Inuocauit me tc. Notandum autē q; quas dragesima quandoq; dicitur habere quadraginta dies: quādoq; quadragintaduo: quādoq; quadragesima: quandoq; vō tūi triginta setēm diuersos respectus. Dicitur autem esse quadragintā dierum: omnibus ipsius diebus computatis: incipiendo videlicet a feria quarta cinerum: t procedēdōrū ad diem pasche omnibus diebus: tam dominicis: q; feris computatis. Quāuis enim diebus dominicis non ieiunemus: tamen a carnis abstinemus. Rario autem huius obseruantie est: quia licet hīm theologos corpus humanum quadraginta diebus formetur: tamen hīm philosophos quod verius reperitur: hominis corpus quadraginta quinq; diebus organizatur: t perficit: t quas dragesimo sexto die anima corpori infunditur. Ideoq; quadragintatē diebus abstinemus: vt sicut a corpore infusa ex carnis comititione quadragesimo sexto die macularur: sic in carnis afflictione quadragintasē diebus a macula expietur. Tel ut homo tot diebus deo persoluat abstinentie debitum: quod ab eius clementia se nouit esse perfectum. Dicitur etiā quadragesima fore quadragintaduo: die

rum incipiendo a prima dominica aqua mun-
da quadragesima incohatur: et numerando oēs
dies usq; ad resurrectionem tam dominicos &
feriales. **L**uius obseruantie ratio est. **Q**ui mar-
the quadragesimadas generatioes ab abrahā
usq; ad christum posuit: ex quibus christus sūm
carnem descendit. Quoto ergo numero ad nos
descendit per carnis generationem toto ad eū
ascendere debemus per carnis macerationē.
Et hec estratio ambroſi. **C**uel quia sicut filii
israel ad terram promissionis pergentes. filii
mansib; per desertum factis ad ipsam ter-
ram deuenient. Sic et nos ad patriam eterne
promissionis festinantes. **xvij. dieb;** per huius
mundi heremum sejuncti ad eandē pa-
triā deuenire oportet: et hec est ratio augustini.
Dicitur insuper quadraginta dierum inci-
plendo a die cineruz usq; ad pascha solis dieb;
ferialisbus computatis et dominica in quibus
non sejuncti deducuntur. **L**uius obseruantie
ratio est: quia ut dicit Augustinus. Ad hoc ut
habeamus quinquagenario quadrageenario de-
narius adhiciēdus est. **Q**uia ad hoc ut veniam
ad eternam requiem: oportet nos presentis vi-
te tempore laborare. **U**nus dominus post resurre-
ctionem. **xi.** diebus cum discipulis manit et
postea. **c. die** spiritū eis paraclytū misit. **C**uel
ut dicit gregorius. **L**ur in abstinentia quadra-
gerius numerus custoditur: nisi quia virtus de
calogī per libros quattuor sancti euangelij im-
pleretur. In hoc etiam mortali corpoze et qua-
tuor elementis subsistimus: et per voluptates
eiusdem corporis decalogi preceptis contrahi-
mus. **Q**uia ergo per carnis desideria de calogī
mandata contempnimus: dignum est ut eandē
carnem quater decies affligamus. **D**icitur
preterea quadragesima esse. **xxvi.** dierum inci-
piendo a prima dominica usq; ad pascha dedu-
ctis diebus dominicis et solis ferme computa-
tis. **L**uius ratio est ut dicit gregorius: quia dū
per. **ccclv.** dies annum dicimus. **xxvi.** diebus
sejunctantes quasi anni nostris iure temporis deci-
mas deo damus. Non solum enim deo debentur
decime rerum sed etiam decime dierum. Notā-
dum autem quod ep̄us postq; baptismum suscepit
statim suum sejunctum incohavit. Quare aitez
eo tempore nostrū sejunctum non obseruamus:
sed cum pascha portius illud continuamus: qua
druplicem rationem assignat iohannes beleth
in summa de officiis. **P**rima est si volumus
eū christō resurget et quia pro nobis passus est
et nos cum eo compatis debemus. **S**econda
causa est ut per hoc filios israel in tremerū: qui
eo tempore extiterunt de egypto et subsequenter
eodem tempore de babylonia. Quod inde pro-
batur: quoniam tam isti filii statim egressi ce-
lebraverunt pascha. Sic et nos imitantes illos
hoc tempore sejunctamus ut de egypto et babylonia.
I. hoc modo exentes in terra hereditatis

eterne ingredi mereamur. **T**ertia est: qm̄ fer-
uo libidinis magis ascendit tempore veris:
ut ergo refrenemus corporis estūm hoc tēpore
maxime sejunctus. **Q**uarta est: quia statim
post sejunctū debemus eucharistiā sumere. **S**i-
cūt sicut filii israel priusq; agnū comedenter
se affligebāt: edētes lactucas agrestes et ama-
ras. Ita nos debemus per penitentia prius af-
fligi: ut digni ad esum agnū vite peruenire va-
leamus. **D**e sancto Agabo ppheta. Cap. cxiij.

Babus ppheta vt

Abbas dorotheus scribit: unus
fuit ex. **lxvij.** discipulis christi.
Hic natione antiochenus: ut ha-
betur Actuū. **xi.** tēpore aposto-
lorum ex hierosolymis antiochiae veniens signis
fiebat per spiritū famē in vniuerso orbe futu-
rā: que sacra est sub claudio cesare. **L**uius re-
gratia discipuli prout quisq; habebat pposue-
runt in ministerium misericordie habitatibus in iudea
fratribus: quod et fecerunt mitentes et senio-
res per manus barnabe et pauli. **H**ic etiā cū
paulus esset cœfære illuc supueniens tulit zonā
pauli: et alligans sibi pedes et manus dixit per
spiritū sanctum: virum cuius erat zona illa sic
alligādū per iudeos in iherusalē et tradendū
in manus gentiū: sicut et res euangelii probauit.
Sic ergo sub noui testamēti gratia iste prophe-
tico spiritu claruit. Qui et antiochiae in pace
quieuit idibus februario.

De sanctis fuscā virginē et dana-
ra martyribus. Cap. cxiv.

Fuscavirgo et maura nu-
trix eius apud rauēnam mars-
tyrium passe. sunt sub preside Quintiano.
Hez nobili patre eiusdem. ver-
bis nomine syroi gentilisatis
errore detento pgenita: cum
esser annorum quindecim de-
siderabat esse christiana. Quod cum mau-
re nutrici sue secreto reuelasset: et ipsa puelle
confessisset: imo etiam ad christi fidem trans-
ire disponeret: venerunt occulite noctu ad san-
ctum presbyterum hermolaum: qui eas baptis-
matis vnde perfudit: et de fide diligenter instru-
xit. Que cum syroi pater eius didicisset: et fi-
lia ab intentione xp̄iana reuocare nō posset:
eā in carcere clausit: et cibum oēm triduo denegauit. Quibus dieb; syroi missis ad filiam ma-
tronis et coetancis puellis: ut eā ad patris vo-
luntatem infligerent virginis persuaderi fecit:
sed nihil oīno pfectit. Deinde ip̄e idē in carcere
personaliter accessit: et fuscā blandis sermonis



Liber

bus demulcēs animū eius in nullo mutare p̄e
ualuit. Quia inde postmodum educram gladio
perimere voluit: sed mater eius se interposuit
sperans ex dilatione temporis filiā ad patris
voluntatē blanditiis demulcendā. Tunc ad sa-
crificandum dīs suis pater accessit: ut ipsi fille
propositū cōmutaret. ¶ Post dies aliquā preses
quintianus rauennā ingressus hoc audiēs mā-
davit fuscā taurā cū parēibus suis ad se
vincos adduci. Ministrī hō videntes eā oran-
tez: t angelū dīi splendidū: iuxta eā stantē ter-
riti redierunt. Et dum hec presidi renūciarēt:
fuscā t maura se sponte libi presentauerunt: et
xpianas esse viua voce prouinciārunt. Dūi aut
preses syrii tentū interrogasset: cur filiā chris-
tianam fieri permisſerit: illegz econtra se excu-
ſans omnia gesta per ordinē rerulisset: quin-
tiannus quidē syrii dimisit: fuscā hō xp̄m con-
ſitentem t idola confutantē flagellari mandas-
vit. Deinde in carcerē vna cum maura trudi fe-
cit. Et dum in fide immobilit̄ perseveraret:
lussit eas preses ex vrbe educi: ibi⁹ illas gla-
dio transuerberari. Cum autē ad locū certami-
nis adducere fuissent: fuscā oratione fusa ad do-
minū: ut suscipiter aīas earū in pacer: voce celi-
ca confortatur: deinde a spiculatore gladio per
latera tranſfiga necat. Maura hō nutrit̄ eius
tenens corpus virginis cū lachrymis rogauit
carnifices: ut eam simili passione transſoderet
quod t factus est. Quarū corpora naute quidā
xpiani noctu rapientes ad prouinciam tripoli-
tanā ciuitatē fabratā ea deduxerunt t ibidem
honorifice condiderūt. ¶ Transactis hō mul-
tis annorum curriculis ciuitate illa a pagani
depopulata: vitalis quidā venetus diuinitus
ad vrbes sp̄am desertā nauigauit: t corpus san-
cte fusce inde sublatum ad prouinciam venetie
transfūlit: et in ciuitate roccellensi cum honore
collocauit: vbi t ecclesia eius nomini fabricata
est. Passa est autem virgo christi cum eius nu-
trice idibus februario.

De sancto Stephano abate. Cap. cxx.

Sdinis grandimonten. fundator cla-
ruit anno dñi. clxxxi. hic de aluer-
nia natus nobilissimi cuiusdā ste-
phani filius in annis puerilibus ab eodē benes-
uentū deductus sanctoz miloni archiepo tra-
ditus annis. xij. sub ipso doctus t edicatus est.
A quo postmodū discedens vitāg anachoritā-
cam ducere cupiēs: multis heremis peragra-
tis ut locum quietis inuenire: tandem deuenit
aquitania prope ciuitatē lemovicen. montēq
nemorosum t asperum qui dicitur muretus co-
scendit quem sibi locum aptum elegit: factoz
panio rugario monasticam vitam ducere cepit:
pane solo et aqua refectus: lectulo ex tabulis
tantū absq; aliquibus stramentis decumbens:

Tertius

vestes viles t leues induēs: quas nullo calore
minuebat: nullo frigoze perangebat. Ibi⁹ or-
diū inchoauit pluribus miraculis fulgēs. In-
ter que dum quidā miles peccatum aliquod sibi
confessus esset: a quo nullatenus defistere vole-
bat: imo etiā ne crimen defererer: si forte pro se
sanctus orarevalde dubitabat: abbā rogauit
instanter: ne pro se preces ad deū vrlas effunde-
ret. Pro eo tamē stephanus orauit: t anteq; ide
recederet: mīlitē a peccato voluntarie subtra-
xit. ¶ Cum quidam dīes ei virtualia sepe de-
ferreret: quadā die cibaria portans: a p̄donib⁹
in itinere capit t spoliatur. Qd̄ sanctus dei per
spiritū intelligens: proviro xp̄z orauit. Et ecce
nocte vir ille liber dimisit: t cū suribus diuini
tūs vincularis mane virtualia deferēs ante mo-
nasteriū fanus reperiſ. Predonesq; viso mira-
culo conuertunt: t imposta eis per abbātē pes-
nitentia relaxant. ¶ Ipse obitū suū sibi reuelau-
rum a deo lōge ante predixit: t anno eratis sue
lxv. sanctitate mītrificus in pace q̄euīt idibus
februario. Cum autē fratres eius obitū occultas-
rent: ut pacifice sine populo concursu corpos
sepelire possent. Adeſt subito p̄sbyter clūtratis
t populi multitudiō eius obitū cognouisse cla-
mātes: t eius sepulture interesse supplicātes.
Et interrogat quō eius transiit oldicissent.
Respondeunt q̄ puer quidā nup̄ migrauerat:
qui bidū ante loquela miserat: sed dū ad vlt̄
imā deueniſſet horā locutus fuerat dīcens: q̄
scalā lucidissimā viderat: cuius cacumē celū
et infima pars montē muretū tenebat p̄ quam
dñm stephanū concendiſſe cōſpererat: cū quo
t ipm statim abire oportebat. Et his dictis cō-
tinuo expirauerat. Sicq; populus ei⁹ interfue-
runt exequi⁹: sepultusq; est in monasterio ipo.
¶ Post aliquos annos sub abbatē petro cōſuc-
cessore monachi dīuina revelatione monit: ce-
nobium t ordinem ad grādimontem tranſule-
runt: a quo t ordinis vocabulum assumpserūt:
vbi t nouum monasteriū conſtrūctes corp⁹ scri-
stephani detulerūt: vbi t facet signis coruscā.
¶ De scri⁹ stephano alio abate. Cap. cxi.



Stephan⁹

alius abbas mona-
sterii iuxta reatine
ciuitatis mentia constituti pa-
ter fuit tēpōze gregorij pape
primi. De quo idē doctor scri-
bit: q̄ fuit vir valde sanct⁹: pa-
tientie singularis. Luius lin-
gua l̄z esset rustica: docta erat
eius vita. Hic pro amore cele-
stis parric cuncta despererat: tumult⁹ hominū
deuitalbar: crebris orationib⁹ intentus erat: in q̄
vir patientie intantū excreverat: ut eū sibi am-
cū crederet: qui sibi molestia interrogasset. Redi-
debat in cōtumelias gratias: si quid sibi damni-

De sanctis in mense februario occurribus. Fo. lxxv.

sufficer illatum: hoc maximi lucru purabat. Hunc cum dies mortis egredi de corpore vigeret conuenerunt multi: ut tam sancte aie de modo rece denti suas aias commendarent. Quorum alii circa eius leculum confitentes corporis oculis angelos ingrediens viderunt: sed dicere quicquid non potuerunt: alii oino nil viderunt. Et hi ergo qui viserant: et qui nil penitus cospexerat: uno oculo timore peccati fugerunt: nullusque illic assisteret eo moriente potuisse: ut palam daret intelligi: que illa egressies sancta aia susciperet: cuius egressus ne mo mortalium ferre potuisset. Nec gregorius.

De sancto Valentino epo et martyre. Cap. cxix.



Valentinus epus tchyr.

raui. i. videro
ma martyrum passus est. Nam
cum crato quidam ciuis athenien;
orator conspicuus grece et latine
lingue perit. Some clarus ha-
beretur: tresque haberet discipulos coelius no-
biles atheniens, scilicet proculum phebem et apollo-
niu[m] secu[m] in urbe perorates: contigit filium eius
ceremonie tanta egreditudine per triennium detinere:
ut incuruatus dorso caput circa genua desle-
xum teneret: et nisi portaret ab aliis se oino mo-
uere non posset. Cum autem nullus medicorum eidez
subuenire potuisset: extitit quidam tribunus froni-
tonius: qui germana sua asseruit per quendam
valentiniu[m] Ichtyranu[m]. ep[iscopu]m a famili passione libe-
rata. Que craton per quosdam nobiles amicos suos ad se romam acceruit: et ut filium suum sanaret
sicut et germana tribuni sanauerat instans super
plicauit. Promittens ei dñm dñsu[m] suarum faculta-
tum: si filium suum redderet sibi sanum. Sanctus ho-
eius divinitas contempst: sed pauperibus dan-
das persuasit: nihilque alium ab eo petiit: nisi ut
in christum crederet: et filius eius salutem prepereret.
Quidam se et omni familia et tribus eius disci-
pulis fidem christi percepturos promitteret: si filium
eius curarer: ingressus valentinus cum filio crato
nisi cubiculi: rota nocte in oratione perseverauit.
Et circa mediā noctē subito lux maxima in cui-
bculo effulgit: et ceremonia sanatus cum epo psalle-
re cepit. Et facto manevaleminus pueri patri
erectu[m] restituit arg[entum] cratonem cum uxore et filio
et omni eius familia: necnon proculum phebum et
apolloniu[m] baptizauit: et in fide diligenter instru-
xit. Leroem ait discipulus eius effectus ep[iscopu]m
predicantem sequebas. Cum autem prefati crato-
nis discipuli ep[iscopu]m predicando multos conuer-
teret: et valentinus ep[iscopu]s plurima miraculorum si-
gna ficeret: senatores romani inuidia accensi-
co: propter istos multi deorum cultu[m] deferebāt:
valentinu[m] episcopu[m] detineri fecerunt: et virgines
cessus eo quod sacrificare nollet placido urbis pre-
fecto tradiderunt. Qui ipsum in arca custodia re-
clusit: et media nocte populum timens illum in
ipso carcere decollari fecit. Eius corpus pro-
culum phebus et apollonius noctu rapuerunt: et

ad ciuitatem ichyranen[um] deferentes in subura-
bo[rum] ciuitatis honeste sepulture tradiderunt:
ubi cum in dei laudibus fugiter perfisterent te-
tra gentilibus traditi sunt licentio consulari.
Qui sciens eos a multis populorum insignibus di-
lectos: noctis medio iussi eos sibi presentari:
et immolare diis recusantes capitali sententia
clandestine puniri. Statimq[ue] de ciuitate illa dis-
cessit: et quo abiit nemini recuelavit. Quorum
corpa a quodam abundio presbytero iuxta corp[us]
sancti Valentini tumulata fuerunt. Passio ho-
rum recolitur decimo sexto kalendas martij.

De sancto Valentino presbytero
et martyre. Cap. cxix.



Valentinus presbyter et

martyr. Non
me passus est sub claudio impe-
ratore. Quem imperator de christia-
nitate accusatus teneri fecit
in vinculis duobus diebus. Deinde
de sibi in amphitheatro punitum
interrogauit: cur deos non adoraret. Scitus non
christi fidem constanter multis rationibus ves-
rissimam comprobauit et omnes deos gentium
confusauit: in tantum ut imperator ipsum de sa-
pientia commendaret. Verum dum calphurnius
prefectus assistens claudio diceret imperator: Seductus:
timens imperator populi astantis co-
fusionem animo immutatus valentinum tradi-
dit asterius principi: ut eum in domum suam ad
ductum patienter tractaret: et ipsum ad deorum sa-
crificia suaderet. Cum autem sanctus domum
principis introisset: et christum lumen verum
innocasset: ut domum asterii illuminaret: dixit
ei asterius: quia christum lumen appellaes
rat si filiam eius adoptiua cecam illuminare
in christi nomine posset: ipse cum omni eius fa-
milia christo crederet. Sanctus autem pres-
byter oratione facta puellaz illuminauit et aste-
rium cum omni domo sua et filia convertit et ba-
ptizauit. Que cum audisset claudius iussit aste-
rium et puellam argenteum omnem eius familiam re-
nerit: ipsorum cunctos ad ciuitatem ostia missos
per diversa tornacula vita presente priuari. Sa-
ctum non valentinum iussit fastibus cedi: et con-
fitemur christum via flaminia adducendum capi-
te truncari. Eius corporis a quadam matro-
na sauinella collectum in eodem loco sepultum
est. xv kalendas martij.

De sanctis Basso et Antonino
et sociis martyribus. Cap. cxix.



Bassus: antoninus: p-

tolscus: tyzion presbyter: moyses:
bassianus: agathon: dionysius et
antonius apud alexandriam passi
sunt. Quorum bassus: antoninus
et protolitus pro christi nominis confessione in
mare demersi sunt. Lyzio non presbyter: moyses

i

Liber

bassianus et aga: hon igne cōbusti fuerunt. Dio nylius autem et amonius gladio cedente pas sionem consumauerunt. vii. kalendas martij. Hec h̄eronymus in martyrolo.

De sancto Sisinnio episcopo. Cap. cxv.

Si Thaſinei. q̄ ciuitas eſt, ppe ephe ſum et vocatur thaus apud ipam vrbem claruit. Hic euryto et eu tity nobilib⁹ parētibus ſinymne

ciuitatis ortus eſt. quorū precibus a deo obte tus eſt. cum prius prole carerent: et gratia ſuſci piende ſobolis ecclieham beati iohannis euangeliste apud ephesum ſepiuſ cum oblationib⁹ viſitarent. Qui dū iufans adhuc vbera matris lamberet: quaſa ſexta feria et ſabbato ſemel tñ in die māmillas ſuggebat. Cum autē eſſet annorū octo a patre liberalibus diſcipulis im buendus traditur et in eius breui tēpoze perfe crus eruditur. **D**ie quadā miſſis a patre vt blada ſubiectis ſibi gentib⁹ diſpensaret: totū triticum pauperib⁹ eroauit: quod patre au diens moleſte tulit: ad ſuggeltonē ramen filij ad horrea que prius ille vacauerat proceſſit: et ea oia decoro et nouo frumento repleta diuini tus inuenit. **D**ortuo ho episcopo thauſinei. theodozus episcopus ephesinus metropolita nus ipius diuina reuelatione eidē ciuitati ſiſi nū licet ſatis recuſantem cuſ adhuc eſſet an noū viſiginti in epifcopū preeſtit. Qui gregem dñicū ſibi cōiſiſſum verbi et exemplis ſolici te paſcere curauit. **C**uz quidā leonti presby ter per annos octo loquela amifſiſter: ſiſinii ei in xp̄i nomine mandauit: ut diſ natalis dñi tunc de proximo futuro miſſaz populo celebra ret: quod et ille adiimpluit: loquela ſibi exinde plenius reſtituta. **P**oſt hec ſiſinii filii mulieris vidue ab annis. xiiii. et eccliam ſuam feliciter gubernaffer diſ quadam hora ſexta eo celebrante audita eſt vox de celis eum ad celeſtia vocans. Qui omni clero et po pulo conuocato: et in domino conforato: ea die qua poſtmodum deceſſit ſe ad dominū migra turū p̄dixit: et ut predixerat: ſic eueniit. Quicunq; in pace. vii. kalendas martij. Eius cor pus in ecclieia ſancti iohannis euāgeliste apud ephesum propter ipse inſuerat delatum: ibiſ con digna veneratione tumulatum ſervatur.

De sancto Eratone martyre. Cap. cxvi.

Eraton martyr ciuis athenensis orator insignis Rome paſſus eſt. Eius cum filium cere monem contraactum ſanctus Vale nius episcopus ſanctificauit; ut dictum eſt in eius

Tertius

paſſione. vii. kalē. martij. cōuersus eſt ad xp̄im craton cum filio et omni familiā ſua: et ab eodē epifcopo baptizati ſunt. Poſteq; ho valentinus epifcopus paſſus eſt. Craton etiam a ſenatu ro mano ex inuidia derentis et corū ſententiā dea collatus eſt. Eius corpus ceremoniā ſuam ſe peluit in predio ſuo. vii. kalendas martij. Qui poſt patris martyriuſ in sanctis operibus xp̄o deſeruens: et ipſe poſt tempus aliquod lauda biliter ex hac vita deceſſit.

De sanctis Faſtino et Iouita martyrib⁹. Cap. cxvii.



Aſouita martyres apud ciuitatem bri xie paſſi ſunt ſub adriano imperatore. Quorū prior in preſbyterum: ſecundus ho in diaconum in ciuitate mediolanē a ſancto apollonio epifcopo ordinatus apud brixiā christum do minum predicabant. Quos imperator adrianus ipam vrbem ingressus cōprehendit: et ſacrificare noleentes in equuleo leuari et torque ri iuſſit. Qui cuſ ex equuleo ſoluti ante capitolium ſtarant illiſ: vnuſ de ministris nomine calocerū conuertit: et magnum deum christianorum clamare cepit. Quem adrianus extra capitolium eiſi fecit: faſtinum ho et iou tam in ergastulo concludi. Ad quos viſendos christus noctu ventiens cum luce nimia confor tauit eos. Eung; hec custodes carceris caloco ro nunciatiſſent venti. Ille ad oſtium carceris: et viſionem viđit: atq; a domino exhortationem accepit: ipſe ho custodib⁹ fidem christi prede cauit: et eos ipſa nocte conuertit. Et cum a ſanctis martyrib⁹ omnes ſtantes ante ianuam carceris baptiſtimum expeterent: angelus domini eduxit ſancros ianuis clauis: qui calo cerum cum militibus ad ſanctum apollonium adduxerunt. Illeq; ipſos baptizauit hora qua si. vii. Et cum altare non haberent: in quo domi nicum corpus coſiſerent: ſubito apparuit quaſi lintheamen niueum extenſum habēs corpus domini immolati cu quattuor luminaribus ac cenſis. Sic homines ſacré eucharistiā ſumper rūt. Deinde ab angelo fortati ſunt. Qui et ſanctos martyres in carcerē reduxit: et cum eis calocerū et eius milites clauis ianuis et signatis intromifit. Mane autē facto cu hec adrianus viſiſſet: et q; calocerū cu ei officio intra carcerē ianuis clauis itroiffet. Bratus oēs in lites illos ante ſe adduci precepit: et eos oēs xp̄im coſiſtentis decollari mandavit. Calocerū ho faſtinum et iouitam ſecum viñtos mediolanū ad duxit. Quos ſacrificare noletes in equuleo leua tos diuina dauit torquei: deinde lampades ar

De sanctis in mēse februarī occurrētibus Fo.lxvi.

dentes eoz lateribus apponi. Et post hec stu-
pā refina et oleo adhibitis ignē copiosum sub-
ter eos accendi. Quantib[us] autē sanctis ignis
ad statuas deozum que capiti imperatoris su-
pereminebat: profiliunt: et eas incēdūt. Impera-
tores eo fugiens sanctos dei pedibus ad poste-
rio taurorum ferociū ligari fecit et in filia di-
mitti: ut tracti post eos discerperent. Tauri ḥo
in filia vī agni ad p[re]fep[te] steterūt. Angeli ḥo
martyres exoluerūt: et eos tauri cū omni ma-
suetudine in sequentibus ad ciuitatem reduxe-
runt. Venientesq[ue] ad palatium eoram imperato-
re steterūt ille: tauri ḥo omnes sibi obvios cor-
nibus vulnerabant: et ad sanctorum pedes hu-
miliiter procumbebant. Lūq[ue] hec adrianus ar-
ti magice deputaret voluit eos abinuicē sepa-
rare. Et calocerū quidem antiochō presidi tra-
didit puniendum: faustini ḥo et iouitam carce-
ratos suo iudicio reseruauit. Antiochus autē
euz alpes cotias esset trāsturus calocerū ante
se premisit custodie traditū. Lustodes ḥo calo-
cerum ad ciuitatem asten. adductri carceri tra-
diderunt expectantes aduentus antiochī. In-
terea imperator cū sibi antiochū necessariū eēt:
misit prefectum sapitissimū ad ciuitatē asten. com-
mittens eidem vt calocerū diris tormentis cru-
ciaret: antiochum ḥo secum detinuit. Caloce-
rus ḥo in ciuitate asten. carceri mancipat. Se-
cundū militem convertit: et eum ad faustini et
iouitam baptizandū mediolanū. trāsmisit: vt di-
cef in passione fecidi. iij. kalen. ap[osto]lis. Dum
autē mediolanū venisset angelus dñi faustinū
et iouitam de carcere ad secundū extra ciuitatē
eduxit: a quibus baptisma nube quadā quam
prebente suscepit. Et ecce columba de celo ve-
nit et sacram hostiā deferēt martyrib[us] tribuit.
